



**Historiae sacrae de Iesu Christi, Dei patris et uirginis Mariæ filij, natiuitate, passione, resurrectione à mortuis, eiusq[ue] ad cœlos ascensu, deq[ue] misso & effuso Spiritu S. in apostolos, cum ijs quæ his omnibus cognata atq[ue] adjuncta esse uidentur. : Omnia ex sacrosancto nouo Testamento, carmine Elegiaco conuersa, & in libros tres distincta. : Accessit liber IIII. qvi continet Carmina seu progymnasmata sacra.**

<https://hdl.handle.net/1874/416651>

# HISTORIAE

SACRAE DE IESV  
CHRISTI, DEI PATRIS ET  
uirginis Mariæ filij, nativitate, passione,  
resurrectione à mortuis, eiusq; ad cœlos  
ascensu, deq; missio & effuso Spiritu S. in  
Apostolos: cum ijs quæ his omnibus co-  
gnata atq; adiuncta esse uidentur. Omnia  
ex sacro sancto nouo Testamento, carmi-  
ne Elegiaco conuersa, & in libros  
tres distincta.

ACCESSIT LIBER IIII. QVI  
continet Carmina seu Progym-  
nasmata sacra.

*Authore P. AVLO CHERLERO  
Elsterburgensi, Basileæ artium & S.  
Theologiæ studioſo.*

I. CORINTH. X.  
Omnia in gloriam Dei facite.

BASILEAE, PER IOAN-  
nem Oporinum.

THE HISTORY OF  
THE CHURCH OF  
ENGLAND

BY JAMES GIBBON, D.D.  
LATE ARCHBISHOP OF GLASGOW.

IN FIVE VOLUMES.  
VOLUME THE FIFTH.

WITH A HISTORY OF  
THE CHURCH OF ENGLAND  
FOR THE PAST FIFTEEN YEARS.

BY JAMES GIBBON, D.D.  
LATE ARCHBISHOP OF GLASGOW.

IN FIVE VOLUMES.  
VOLUME THE SIXTH.

WITH A HISTORY OF  
THE CHURCH OF ENGLAND  
FOR THE PAST FIFTEEN YEARS.

BY JAMES GIBBON, D.D.  
LATE ARCHBISHOP OF GLASGOW.

IN FIVE VOLUMES.  
VOLUME THE SEVENTH.

WITH A HISTORY OF  
THE CHURCH OF ENGLAND  
FOR THE PAST FIFTEEN YEARS.

BY JAMES GIBBON, D.D.  
LATE ARCHBISHOP OF GLASGOW.

IN FIVE VOLUMES.  
VOLUME THE EIGHTH.

WITH A HISTORY OF  
THE CHURCH OF ENGLAND  
FOR THE PAST FIFTEEN YEARS.

ILLVSTRI ET GENE-  
ROSO ADOLESCENTI,  
Domino ALBERTO, nato Marchioni Ba-  
densi, &c. Illustrissimi Principis ac Domi-  
ni, D. CAROLI Marchionis Badensis &  
Hochbergensis, Landgrauij Susembur-  
gici, Domini in Roeteln & Baden-  
uuiler, Domini sui clemen-  
tissimi, filio:

P A V L V S C H E R L E R V S  
Elsterburgensis salutem & longaum  
uitam precatur, in Christo  
Saluatore.

M N E S totius uitæ nostræ  
rationes, studia, labores de-  
niq; omnes ad laudem glo-  
riamq; Dei, & proximi  
emolumentum atq; salutem planè de-  
bent referri. Nam quia solus Deus om-  
nipotens est, à quo omnia proficiscuntur.  
bona in humanum genus, & tanquam  
ex perenni quodam fonte demânant, si-  
ne cuius beneficio atq; auxilio nihil bo-

## 4 EPISTOLA

ni ac pulcri uel cogitare, uel suscipe-  
re, uel perficere homines possunt: idcirco  
par & æquum est, ut ei, à quo principiū  
felix est, successusq; prossper in rebus per-  
agendis, uerus quoq; & summus ipsius  
actionis finis assignetur. Finis autem quem  
hic ego appello, is esse debet, ut Deus in  
suis operibus extollatur, eiusq; gloria  
longè lateq; amplificetur. Deinde cum  
Sacrae nobis literæ denuncient liquido,  
Deū neq; amari uelle, neq; coli ritè posse,  
nisi & in proximo Deus, & in Deo  
proximus antè diligatur: ex eo ut conse-  
quatur est necessum, eius ipsius magnā  
& diligentem rationem in omnibus ne-  
gocijs suscipiendam nobis esse, atq; geren-  
dam. Verum sicut iste finis ceterarum  
rerum artificibus, ita & Musarū ar-  
tiumq; liberaliū cultoribus semper ante  
oculos

## NVNC V P A T O R I A.

5

oculos positus esse debet. In quorū numero, cùm eis iij qui ab opere quod faciūt, Poetae sunt nominati, collocari et uelint eis possint: scitè fecerint illi quidē, qui intra hos terminos eis cancellos sese mode stè continebūt, neq; ex ijs quadam petulantia ad res turpes eis libidinosas tractandas euagabuntur. Hoc enim qui faciūt, quod ex officio debent, præstant, eis sese homines ratione atq; intelligen- tia præditos declarant: qui aliter se gerunt, inertes homines sunt, artemq; pul- cerrimam fæde contaminant, eis more brutorum se ratione saniore omnino ca rere satis demonstrant. Quare sanctissi mus uates, 10 AN. STIGELIVS, qui nostra memoria fuit unica morien- tis uita Poesis (ut de eo eis pulcrè eis ue rè scribit eius affinis, uir doctrina eis

α 3 fama

6 E P I S T O L A  
fama clarus, D. IO BVS FINCE-  
LIVS Vinariensis, præclare in hunc  
modum cecinit:

Musa, Dei laudes, et fortia facta uirorum  
Quæ canit, illa Deo grata ministra placet.  
Quem iuuat obscenas lasciuo carmine nugas  
Ludere, cum Musis nil rationis habet.

Nam quatuor omnino uates omnes  
ad tractandū habent, quicunq; illi sunt,  
fuerunt, erunt: bona et mala, turpia  
atq; honesta. Bona et honesta qui per-  
sequuntur, uel Dei gloriam et laudes  
honorificè cantāt, uel res morales, aliaq;  
à præclaris uiris præclare gesta oratio-  
ne et numeris complectuntur. Et hi  
quidem è Musarum sacris fontibus bi-  
berunt: et sunt pudici, sobrii, continen-  
tes, morati, ueritatis studiosi. Mala ue-  
rò turpiaq; lasciuo et petulanti carmi-  
ne qui decantāt, neq; Deū sincerè uene-  
rari,

rari, neq<sup>b</sup> hominum cura affici uera possunt: non enim alios, sed seipso per alios querunt. atq<sup>b</sup> isti quidem è Bacchi tetricis haufere cantharis: suntq<sup>b</sup> lasciuiores, ebrij, in temperātes, furiosi, mendaces. Iam, sicut ex priori genere nunquam defuerunt uates mente boni & sinceri: ita in posteriori non unquam defecerunt, ingenij corrupti atq<sup>b</sup> inertes. Immò, quod ubiq<sup>b</sup> fieri solet, maior semper malorum copia & numerus, quam bonorum fuit inuentus. Vnde etiam, quia hos illi, hoc est, uerè castos prauis sua multitudine obscurarunt, & quasi obruerunt, hoc nostro tempore nata est Questio inter uiros non leuiter doctos, An poetæ & poetarū fabule adhuc iuuentuti in Scholis literarū legi atq<sup>b</sup> explicari debeant. In cuius quidem proble-

matis pertractatione reliquam oratio-  
nis meæ partem nunc consumam: ex oc-  
casione, quæ mihi alibi data fuit, copio-  
sius de eo differendi. Putatur hoc à non-  
nullis graue et implicatū esse problema:  
de quo quid sentiri debeat & oporteat,  
à multis non parum dubitatur. Alij e-  
nīm dum mendacem & furiosam con-  
siderant poetarum turbam, cuius pro-  
pemodum omne studium, conatus, indu-  
striaq; non aliò pertinere uidetur, nisi  
ad afficiendos, delectandos, demulcen-  
dos hominum animos: idq; non aliquo  
graui orationis genere, sed ridiculis ferè  
nugis: non sermone uero, sed commenti-  
cia fabularum narratione: non uirtu-  
tis, sed uitiorum quasi de industria habi-  
taratione: hæc inquam dum considerat  
accurate, non iniuria à poetis & poeta-  
rum

## VN C V P A T O R I A.

rum fabulis abhorre posse uidentur.  
Alij contrà, dum res utilissimas, &  
maxime necessarias, & suauissimas  
& pulcerrimas, quas saniores poetæ ui-  
uis quasi coloribus depingunt, homini-  
busq; proponunt, diligentius perpendūt:  
certe graues quoq; habere causas uiden-  
tur, quare poetas complectantur, ipso-  
rumq; monumenta censeant in ludis li-  
terarijs iuuentuti legi atq; exponi debe-  
re. Quid ergo dicendum est: an propter  
aliquos homines impuros, qui hoc sunt  
scribendi genere usi, uel abusi potius, ip-  
sa quoq; infelix ars, & misera atq; cala-  
mitosa poesis culpanda, abiencia, dam-  
nanda est: an propter aliquas fabellas  
obscenæ, & nimis mendacijs refertas,  
omnes statim poetarum fabulæ exter-  
minandæ sunt, & in occulto reponen-

da? Ac illi quidem homines qui non  
propter usum, sed abusum, existimant  
poetas cum suis fabulis debere remotos  
à Scholis literarum atq; Gymnasijs esse:  
cur non ferrum, quo multi ad uulnera  
infligenda, cedesq; faciendas: cur non  
uinum, quo ad luxum ac fædissimā in-  
gurgitationem: cur non fruges, quib. ad  
uentris libidinem explendā: immò quod  
maiis est, cur non Sacras diuinās q; lite-  
ras, quibus complures ad impias suas  
constabiliendas opiniones, seu, ut uocant  
Græci, αἵρετες, abutūtur, eādem uia &  
ratione condemnant? Sed quæso quid-  
nam commiserunt Dei sanctissima do-  
na, si quidam sunt qui ea male & fæ-  
dè usurpent? quid sacri uates cōmeruē-  
re, si ex ijs sordidi quidam inueniantur,  
qui nihil nisi sordida & impura con-  
fingant?

singant? quid deniq<sub>z</sub> miseræ peccarunt  
fabellæ, etiam si nonnullæ à nonnullis ex  
cogitatæ fuerint, in quibus nihil præter  
nugas & mendacia hominibus obtru-  
dant? Verum nos missos faciamus  
eiusmodi reprehensores: nimis subtile  
& acuti Aristarchi sunt in ea iudican-  
da arte, quam non satis intelligunt. Si e-  
nim intelligerent, non ei se inimicos atq<sub>z</sub>  
hostes profiterentur. Nos, quibus alia  
mens est, eo quo decet modo, huius artis  
sive utilitatem, sive necessitatem, sive  
suavitatem paululum considerabimus:  
ex quo id consequetur, ut in ordine rerū  
bonarum, quæ omnino sunt expetendæ,  
suum quoq<sub>z</sub> ei locum dignitatemq<sub>z</sub> liben-  
ter permittamus. Ac de utilitate quid  
primo dicendum loco sit, non satis occur-  
rit. Non enim solum pulcherrima utilif-  
simaq<sub>z</sub>

simaq<sub>z</sub> præcepta tradunt uates, quibus  
docent, quomodo ingenia adolescentium  
bonis sint disciplinis imbueda, moribusq<sub>z</sub>  
ingenuis excolenda: uerum etiam per-  
multa alia habent, que cœlum, astra,  
motusq<sub>z</sub> stellarum, qua terram ipsam  
quanta quanta nobis esse uidetur, &  
quicquid in ea, & quicquid super eam  
mouetur ac spirat, artificiose adum-  
brant atq<sub>z</sub> depingunt. Est reliquarum  
artium usus magnus & summus: sed fe-  
rè immensum habet poesis. adolescentiā  
alit, oblectat senectutē: res secundas or-  
nat, aduersis solatium præbet: promo-  
uet tenuiores, ditiiores commendat: dele  
Etat domi, foris non quenquā retardat:  
& quod leue putandum non est, æter-  
num & immortale uirtuti nomen po-  
test conciliare. Carminibus enim, ut ca-  
mit

mit ille, uiuax efficitur alma uirtus: &  
fama, quam poetæ tribuunt, perennis &  
immortalis esse solet. Iam uero quid  
de eius necessitate dici non potest? nam  
si id quodammodo ducimus in necessa-  
rijs, cuius nobis magnus possit usus esse,  
non in iuuentute modo, uerum etiam se-  
nectute: nec unitantum, sed compluri-  
bus: quæ res est, cuius latius uis pateat,  
quam huius ipsius, de qua loquimur, di-  
sciplinæ? Hoc bene uiderunt præstantif-  
simi quiq; philosophi, qui poetas, ipso-  
rumq; fabulas idcirco sibi legendas esse  
arbitrati sunt, ut ex ijs mutuari posset,  
quibus etiam sua amplificarent atq; or-  
narent. Nec profani solum scriptores, ut  
Plato, ut Platonis discipulus Aristote-  
les, ut Cicero: sed etiam sacri authores,  
quorum è numero sunt Basilius cogno-  
menta

mento magnus, Augustinus, & excele-  
sa illa tuba Domini Paulus, Christi a-  
postolus princeps, uatum carmina suis  
monumentis commiscent. Nonne diui-  
nus Paulus in Actis 17. cap. ex Arato  
neteri poeta: & in epistola quam ad  
Titum suum dedit, cap. 1. ex Epimeni-  
de adducit uersum: ubi dicit, θεοὶ ἐστε γε  
γενέα, Dei sumus progenies seu genus.  
& deinde: λόγιτες ἀπὸ θεοῦ, λόγια δη-  
εῖα, γενέας αὐτοῦ. Atq[ue] ob eam causam  
in primis condiscere poetas debemus in  
iuuentute, ut aetate ingrauescente ijs u-  
tamur. id quod laudans nobilissimus q[ui]  
orator Aeschines hisce scriptum uerbis  
reliquit: οὐ τὸ τόπον γάρ (inquit) οἴμαι οὐ μᾶς  
ωὐδὲ οὐ ταῖς, τὰς τὸν τὸν γνώμας ἐκ-  
μαθαίσην. iv' αὐτὸς οὐτε οὐταύς χεώμεθα.  
Quā sententiā sic posset aliquis ē Græca  
oratio-

oratione soluta, in Latinam numeris  
alligatam conuertere:

Idcirco donec puerilis germinat ætas,  
Dogmata nos uatum discere sancta decet:  
Ut, robusta uiros quando nos fecerit ætas,  
Usus ab his nobis plenior esse queat.

Postremo, ea est huius in exponen-  
dis rebus copia, ea argumentorum dispo-  
sitione, ea in sententijs uenustas, ea in to-  
tius orationis contextu consonantia, pul-  
critudo, concinnitas: ut neq; uarietas  
maior, neq; artificiosior collocatio, neq;  
ornamentum sententiā pulcrius, neq;  
elegantior in uniuersa cōpositione har-  
monia reperiri posse uideatur. Et si non  
ipsius rei utilitas, necessariaq; cognitio:  
tamen & oratio concinna, sermoq; pu-  
rus, & carmina iucunda, cantusq; dul-  
cissimi, quibus sēpē feræ & immanes  
belue flectuntur atq; consistunt, nos ad

aman-

amandam poesin excitare deberent, atq;  
pellicere. Quare cūm poetarum lectio,  
qui multa ex suis iucundis perficiunt  
figmentis, longē sit saluberrima: & cum  
nullus unquā ullo tempore author præ-  
clarus extiterit in omni disciplinarum  
genere, qui non suæ artis principia qua-  
dam ex poematis, tanquam uberrimo  
fonte hauserit: non probandum eorum  
uidetur iudicium esse, qui poetas in scho-  
lis literarum iuuentuti legi & expla-  
nari nolunt. Hæc habui, quibus præfa-  
ri paucis uolui. Erat quidem multo plu-  
ra, quæ comodè potuissent adduci: sed  
neq; onerandus nimiū est typographus:  
& fuit opera danda, ne mea loquacita-  
te potius molestus, quam iucundus fuif-  
se Lectori uiderer. Hæc igitur paucis  
sufficient.

Nunc

Nunc illustris & generose adolescēs,  
D. ALBERT E Marchio Baden-  
sis, &c. has meas lucubrationes tibi of-  
fero: quas ut aequo accipias animo, etiā  
atq; etiam submissè peto. Quòd aut̄ tuò  
malui nomini, quām alterius inscribere  
atq; dedicare: tres sunt potissimum cau-  
ſe, quae me impulerunt. Nam primū  
deuinctus sum Illustrissimo D. parenti  
tuo, Domino CAROLO, &c. propter  
multa, & magna, & singularia bene-  
ficia, quae ipsius excellētia iam dudum  
in me contulit, & adhuc quotidie con-  
fert, dum & mihi & alijs studiosis ado-  
lescentibus non paucis, sumptus ad stu-  
dia literarum necessarios, liberalissimè  
impedit. Cuius benevolentia atq; uo-  
luntas cùm tam liberalis & prompta  
semper fuerit erga studiosos alumnos,

quos ab eo tempore, quo ipse primus sa-  
crosanctam Euangeli doctrinam am-  
plexus est, & recepit in sua ditione, usq;  
in hodiernum diem fouet ac nutrit: faci-  
nus cōmitti arbitratus sum, si non eius  
rei aliquod testimonium & indicium  
publicè extaret. Deinde D. ALBER-  
T E, ex doctissimo & reuerendo uiro,  
D. D. SIMONE SYLCERO, qui  
uerè alter parens meus est & amore  
& beneficijs, sepè audio tuam prædica-  
ri indolem, industriam, in primisq; dili-  
gentiam, quam adhuc adolescens, uix  
nouem annos natus, in studijs literarum  
egregie nauas. Ea igitur res me uehe-  
menter mouit: & bonam spem dedit, fo-  
re ut iste meus libellus uel iam statim,  
uel paulo post, te tali patrono uteretur,  
quo uix meliorem ipse sibi optare po-  
tuisse.

quiasset. qui tametsi adhuc sis tenera  
 & infirma aetate praeditus: tamen  
 quod est annis ipsis denegatum, id ra-  
 tionis intelligentia satis abunde com-  
 pensauit. Postremo, hoc meo scripto qua-  
 licunq<sub>z</sub> monere te uolui, ut cogitares non  
 alia uia, nisi ea ipsa quam nunc fau-  
 sto pede teris, cum intimo tuo, D. 10.

ANNECIASPERO ab An-  
 uuil, ad summum uirtutis culmen a-  
 scendi posse: in qua si constanter, ut cœ-  
 pisti feliciter, perrexeris, olim Musæ  
 & gratius Apollo, qui nunc tantum  
 specimen aliquod ostendunt sue erga-  
 te benevolentiae, æternæ laudis corona  
 caput tuum cingent atque ornabunt.  
 Deus æternus pater Domini ac Sal-  
 uatoris nostri IESU CHRISTI,  
 tuam istam uiridem aetatem regat, pro-

B 2 uehat,

uehat, tueatur: tibiqz adsit, ut & a-  
te, & gratia, & prudentia in dies sin-  
gulos magis ac magis crescas: sicut  
cum puero I E S V accidisse legimus.  
Idem deniqz faxit, ut, cum olim ad ca-  
pessendam Rempublicam accedendum  
erit, bona in pace, & tranquillo in o-  
cio, populū, quem Dominus tibi da-  
bit, regere & fouere queas: ut om-  
nes uideant, te pietate Dauidem, hu-  
manitate Abelem, sapientia Salo-  
monem exprimere ac repræsentare. O-  
ptimè Vale, mi adolescens optime. Da-  
tae in urbe Rauracorum, Anno redem-  
pti mundi M. D. L X I I I I . die bo-  
ni & mali, damnationis atqz salu-  
tis: hoc est, 25 Martij: quo ipso die  
& Adam in paradiſo lapsus, & Chri-  
ſti humanitas uirgini Mariæ num-  
ciata:

ciata: & Christus, cum Patre & Spi-  
ritu sancto Saluator, in cruce passus  
ac mortuus fuisse à patribus scribitur.  
*Eis* sit laus & honor, gloria & im-  
perium in omne ævum:

*Amen.*

## LECTORI S.

Damus nunc in lucem, beneuole  
Lector, tres libros, qui sacrā historiā  
complectuntur de IESU CHRISTI  
Saluatoris nativitate, passione, resur-  
rectione, & sacro sancto nouo Testa-  
mento conuersam: quibus accessit  
Liber quartus, in materia à tribus  
prioribus non alienus. Eos si & pijs  
uiris probari, & à studiosis adolescen-  
tibus non contemni intelleixerimus,  
suo tempore alios duodecim ad hos  
tres adiungemus: quibus cādem, qua  
hic usi sumus, ratione conabimur om-  
nia complecti, quae in toto nouo Te-  
stamento ab Euangelistis & Aposto-  
lis, de CHRISTO Salutatore, de cōce-  
sti eius doctrina, de miraculis, de disci-  
pulis eius, de alijs rebus salutaribus,  
memoriae & literis sunt commenda-  
ta. Operis quidem iacta fundamenta  
sunt: uerū superstructure non ue-  
hementer erit properandum. Hæc  
ipsa non satis matura, nimis fortasse  
mature emitto. Sed quemadmodum  
in his

in his meo cuidam, nescio an consilio, an cupiditati puerili, in euulgādo pariū, & uix in nonum usq; mensem domi latēre passus sum: ita in ijs, quæ promitto in posterum, & præstabo uolente Deo, temporimorē geram: & nisi, ut Horatius monet, in nonum usq; annum fuerint pressa, in lucem non dabo. Peto autem ab omnibus pijs uiris, & studiosis adolescentibus, ut si quid uel male, uel ineptē, uel minus congruē factum esse animaduerterint in his quæ nunc uident, me per literas monere non grauentur. Dabo operā, & enītar, ut in reliquis nihil simile committatur. Atq; hæc mihi fuit maxima causa, quare ista præmittēda censui. Scio me nō semper, quod debuisse, præstitisse: sed cōdonabitur aliquid materię ipsi, quæ nō liberū sty lū, sed quasi coactū requirit. Id quod probē mihi credēt, qui ipsi in uertendis reb. sacris periculū fecere, uel sunt olim facturi. Præstiti ego quod potui, non quod uolui. Bene uale.

EPIGRAMMA CLARISSIMI  
 VIRI, D. HEINRICI PANTALEONIS,  
 Medicinæ & philosophiæ Doctoris: &  
 in celebri Academia Basiliensi Physices  
 ordinarij professoris, scriptum in Sacras  
 historias PAVLI CHERLERİ El-  
 sterburgensis, discipuli &  
 auditoris sui.

**H**istorias Diuum ueteres scripsere poete,  
**E**t superos recte se coluisse putant.  
**I**nterea spargunt uentosas undiq; nugas,  
**N**ec ueri certa est omnibus usq; fides,  
**R**efferit ille uago Saturnum carmine priscum,  
**I**lle solet Creticum commemorare louem.  
**C**armine gradisono quidam posuere Gradiuum,  
**H**is placuit Solem laudibus euhere.  
**V**ndiq; lasciuæ Veneri hi pœonia ludunt:  
**S**ubdola Mercurij pars quoq; facta canit.  
**P**arsq; suo celebrat fulgentem carmine Lunam,  
**A**st alij laudant agmina cuncta Deum.  
**N**ec pudet hos omnes immania crimina Diuum  
**T**errigenis libris inseruisse suis.  
**A**usus at hic tandem noster procedere PAULVS,  
**L**audes æterni qui canit usq; Dei.  
**E**t genus & mores dum Christi scripsit IESSV,  
**O**mnia felici reddidit ista stylo.

NON

N on Latium hoc felix sciuit, nec Græcia mēdax;  
N ec maiora quidem nunc homo nosc̄ potest.

IACOBI HERTELII CVRIEN-  
sis, amici sui, Iambicum  
mixtum.

Aeterna si nouisse Christum, præmia  
Confert, & beatitudinis:  
Ecclesiæ de seminarijs Dei  
Dicas mereri plurimum,  
Quod arte qui, quod & ualent industria,  
Ad gloriam omne conserunt  
Christi Dei, intactæq; nati uirginis,  
Nostræ salutis arbitri.  
Cherlere idem quod facilitare sedulis  
Non desinis laboribus:  
Gratum facis Christo, facis quod maximè  
Prodest piorum cœtui:  
Christus tuis benignus adsit dotibus;  
Dignas agant grates pij.

MARCI VIETORIS GERENSIS  
de philomela Cherleri  
*Ἐγένετο χορός.*

Cum philomela canat tua nūc tam carmina pulcra,  
Paule, meus, primo tempore ueris, amor:  
Quid faciet, quando ueniet citò lætior æstas,  
Concentus reliquæ cum modulantur aues?

β 5 Ergo

Ergo meus Cherlere fauor sic pergit o porre:  
Nam tuus aeterno tempore cantus erit.

IOANNIS CETEI NOR-  
thusani.

Τάμπονδοι ήντεριδος δολομάτιδος ἐργα ταύφυσιν,  
χ' ὧδην ἀρσενίου τὰς φρένας οὐδὲν ἔρως:  
ἄλλοι τὸ βλοσυρύτε φθιστίνορος ἐργα τάρπος  
φίλασιν, πολέμια καὶ φονόσιτα παιᾶ.  
τῷδε οὐκέτορος ισβῆρι μασῶμ ὑποφήτης  
ΧΕΡΛΗΡΟΣ, πλάτιν θόξαν ἐπαίνω ἔχει:  
ἔτι θεορρήτων διδαχῶν μυστήρια μέτρω  
μένοντο θαυμαστὴ μίξιστη λέγει.  
οὐ γνώμως λάβει γῆραν βιβλίον, φιλόμαστος, θεοίστον,  
καὶ χαρίμοισθι αὐτῷ, δις παρέδωκε νέορ.

VALENTINI CHERLERI ELSTER-  
burgensis Archilochicum.

Hoc placida exiguum  
Candide lector opus  
Accipe mente, modo  
Quod pia Musa dedit.  
Cumq; tibi fuerit  
Tempus inane datum,  
Perlege: fructus erit  
Non leuis inde tibi.  
Nam sacra uiuifice  
Verba salutis habet,

QHC

**Quæ sapiente Dei  
Filij ab ore fluunt.**

**Quoq; sit ille modo  
Virgine natus homo:  
Quoq; sit ille modo  
In cruce passus homo.  
Quoq; modo domita  
Morte, reuersus humo,  
Discipulis dederit  
Pneuma deinde suis.**

**Hæc tibi cuncta canit  
Mysticus iste liber,  
Quem pia dat studijs  
Musa operata sacris.  
Eq; salutiferis  
Eruit ista libris:  
Quos Leo, quos Aquila,  
Bos, iuuenisq; ferunt.**

**Quæ neq; diminuit,  
Nec superaddit eis:  
Ut male, decipiunt  
Qui rude uulgus agunt.  
Simplice sed studio  
Reddit et historias:  
Sensibus atq; suis  
Consona uerba legit.  
Ergo nouum facili**

**Lector**

**Lector amice librum  
Suscipe corde, alijs  
Atq; repone tuis.**

**Tu sed amande animo**

**Tempus in omne meo**

**Frater, ad ista, sacra**

**Carmina plura cane.**

**Perfice ritè noui**

**Fœderis historias:**

**Quod semel instituit**

**Parvus Apollo tuus.**

**Creuerit inde Deo**

**Gloria, fama tibi:**

**Vtilitasq; tibi,**

**Lector amic. Vale.**

**FINIS EPIGRAMMATVM**

**in historias Cherleri scri-**

**ptorum.**

**N E**

NE IN ISTO FOLIO NO-  
bis uacue relinquetur aliqua pagella, pla-  
guit istos uersiculos, qui nunc sequuntur,  
ad priora adijcere. Nam alias due  
columnæ mansissent  
uacue.

PAVLVS CHERLERVS ELSTER-  
burgensis, discedens Ar-  
gentina.

**A**rgentina uale, totum bene nota per orbem:  
Nunc abeo longè finibus ipse tuis.  
Dum tecum uixi fermè per quattuor annos,  
Mixta tuli modicis tristia multa bonis:  
Sed iuuat, & tempus, nec fallor, in omne iuuabit,  
Discipulum Sturmi magne fuisse tuum.  
Præcipuiq; uiri, quo nunc Lindauia gaudet,  
Litterulas natos edocuisse bonas.  
Vado, uale: sed tu salue Basilea, uolentem  
Musarum ad choreas quò iubet ire D E V S.

IDE M ueniens Norimbergam, è  
Lipsia Misniæ.

LIPSIA pulchra uale, tua nunc tua linquere cogor.  
Mœnia: fors isto me iubet ire loco.  
Tu mihi tu contra salue gens Norica: salue  
Vrbs mihi cum populo Noricaberga tuo.  
In patria multum de te mihi fama locuta est,

PARIUS

Parvus adhuc essem tunc ego quando puer.  
 Nil mentita fuit, video maiora: sed æris  
 O utinam nobis copia magna foret:  
 Quam mihi multa forum uellem præclara per istum  
 Nunc emere, & multis diues abire bonis.  
 Sed miser in uetitum nitor, cupioq; negata:  
 Nam sine nunc emitur scilicet ære nihil.  
 Ergo meas queram Musas, gnauusq; studebo,  
 Olim etiam ut doctus dittior esse queam.

VALENTINVS CHERLERV<sup>E</sup>

Elsterb. discedens Neustadt  
dio ad Orlam.

Nunc ego te linquo uicina Neapolis Orle:  
 Cum gratis igitur ciuibus usq; uale.  
 Quò pergam porrò, uel quò uia ducet euntem,  
 Nescio: monstrabunt sed bona fata uiam.  
 Me commendo tibi solum, Deus optime: iam nunc  
 Tu nostræ dubium dirige nauis iter.  
 Sic quando ueniam, quò me iam cung; uocabis,  
 Persoliam grata carmina mente tibi.

E R R A

ERRATA TYPOGRAPHIC  
ca sic emendabis.

Pag. 4. uers. 19 Pharemq; 3.8 Dauides  
8.14 semina 12. 19 tarda 13. 14 sua 14. 21 Tha-  
riada 16. 6 genitam 17. 23 Aethereos 20. 21  
fatis 22. 9 lustra 23. 16 uirgine 27. 4 Hebræq;  
ibid. 8 E` regione 35. 23 adstant ibid. 24  
casto 38. 25 feret 40. 10 Bethsaides 41. 19 ue-  
terum 43. 5 tepidos 44 Emicat, & tenebris  
4. 6. 7 spondetis 49. 1 Terribiliq; 52. 20 præ  
uidet 53. 3 uox 57. 1 roganti 61. 20 uultu 83.  
8 concussa in uiscera terre 88. 26 ora 91. 5 fe-  
rè 102. 5 iam 103. 10 fermè 110. 26 Hieroso-  
lymam 112. 7 carmina 115. 3 qui 119. 13. durum  
124. 2 gustanda 125. 4 morborum 126. 13.  
alijs 127. 21. aras 137. 5 ALBERTO ibid. 28  
nodo 137. 11 laudi 148. 13 releuat 154. 6 Ad  
Stygias ibid. aquas 156. 7 applicet 159. 15  
tuam 160. 24 alma 162. 19 arua 163. 3 pie 169.  
16 E` dele 174. 7 Criminis 181. 18 Expedi-  
ensq; 195. 13 blanda ibid. 22 sit 196. 4 re-  
gno 201. 2 Medicus 205. 17 ignauas 208. 6 no-  
bis 219. 27 Maiora 220. 11 erat ibid. 12 Cras  
222. 1 auræ 232. 1 saxo 235. 6 abeuntibus ibid.  
7 ueniat tempus 239. 3 CInthius 241. 9.  
aquis. 247. 26 eum 256. 5 po-  
meridianam.

In Epist. nuncupatoria, prope finem, Pag. 21, uers. 1.  
sic legendum: & Christus Saluator in cruce passus ac  
mortuus fuisse à patribus scribitur. Eis sit cum  
Patre & Spiritu S. laus, &c.



HISTORIAE SA=  
CRAE DE IESV CHRI-  
sti, Dei Patris & uirginis Mariæ F.  
conceptione, nativitate, & reliqua ui-  
ta acta, usq; ad annum duo-  
decimum:

LIBER PRIMVS.

ELEGIA I.

I E S V S Christus Salvator, D E I patris, uirginisq;  
Maria filius, uerus & eternus filius à celesti patre ante se-  
cula genitus: uerus ac naturalis homo, certo consignatoq; tem-  
pore ex Maria uirgine in hunc mundum natus.

IOAN. CAP. I.

In principio erat Sermo: & Sermo erat  
apud Deum: & Deus erat ille Sermo. Hic  
erat in principio, &c.



R I N C I P I O Domini non enar-  
rabile VERBVM

Ante Deum, in magno lumine  
lumen, erat.

Et Verbum Deus illud erat, nu-  
menq; uerendum,

Cui parent Domino cuncta creata suo.

Scilicet hoc Verbo motum spirante, creauit

Omnia, que mundus terminat iste, D E U S.

## 2 DE NATIVIT. CHRISTI

Et sine nil ipso magnus Pater edidit horum,

Quæ Natura suo continet alba simu.

Viva salus, uitæq; uigor cœlestis in ipso:

Certac; perpetuae munera lucis erant,

Et lux in tenebris fulget, lacisq; tenebrae

Claudere dispersum non potuere iubar.

Venit ab æterno missus genitore minister,

Cui dederat nomen gratia uera suum.

Venit, ut ad fidei lucem fontemq; salutis

Coger et humanum uoce sonante, genus

Non idem, lux illa fuit: sed numine missus,

Ut fieret testis luminis huius, erat.

Lux uerè, lux illa fuit, quæ corda fouendo

Inflammat radij, iustificatq; suis.

Ille hominem fassus sese, fragiliq; figura

Accepta, misero seruus in orbe fuit.

Et licet hunc sapiens mundum formauerit auctor,

Agnouit D omium non tamen iste suum.

Ille D E I natus, rerum dominator & auctor,

In sua stelligeri uenit ab arce Poli:

Nec sua gens ipsum, cui sc eptro uindice missus

Adfuit, ut Stygio ferret ab hoste, tulit:

Sed quicunq; pijs tenuerunt & mentibus, illos

Esse sui iussit pignora car a Patris.

Tantum fixa quibus pleno fiducia corde

Nomen in ipsius iusticiamq; stetit.

At non qui geniti niciose sanguine, mollis

Sive

## L I B E R P R I M U S.

Sive uiri nutu, seu quoq; carnis ope.  
Sed solium generante Deo, partumq; mouente,  
Flamme qui nati cunq; fuere sacro.  
Et caro, Sermo fuit: carnisq; in semina fusus  
Nobiscum fragilis uiuere coepit homo:  
Illiuiq; data est manifesto in lumine, nobis  
Gloria mirandum conspicienda, decus.  
Gloria, ceu geniti, coelestis mente suprema,  
Cuius erat dulci plenus amore, Patris.  
Agnifer in solis testatur uallibus ipsum,  
Dunt uacuos paßim talibus implet agros:  
Iste fuit, de quo cecini, me ponē sequutus  
Qui ueniet: quoniam me fuit ipse prior.  
Hic fons est saliens, miseris mortalibus unde  
Defluxit uiuē uena perennis aquæ.  
Nam data per Mosen lex est, que læsa pauentis  
Nos iubet irati iura timere Dei.  
Vera sed à miti descendit gratia Christo:  
Heredes patrij quæ facit esse poli.  
Ex cunctis nemo potuit mortalibus unquam,  
Quam tenet, in magna cernere luce Deum.  
Unica sed Patris proles & filius unus,  
In gremio molli qui sedet ipse Patris:  
Ille reuelauit nobis, de munere tanto  
Humanum docuit plenius ille genus.

## E L E G I A I I.

Christus Salvator secundum carnem, quam assump̄  
4. 2. def̄

4 DE NATIVIT. CHRISTI  
aë semine Abrahæ natus: & à regia stirpe Dauidi, origi-  
nem suam ducens.

MATTH. CAP. I.

Liber generationis IESV Christi, filij  
Dauid, filij Abraham. Abraham genuit  
Isaac: Isaac genuit, &c.

**Q**uæ fuerit series excelsæ in stemmate gentis.  
Vnde tuū gaudes ducere Christe, genus:  
Quoq; modo cesseret, quæ stirps ab origine, tota  
Pullulet, hec certo pagina fine docet.  
Ipse Patris, iuxta carnem, Dauidis, & Abræ  
Natus ab exigua posteritate fuit.  
Abrahamo dulcem genuit pia Sara nepotem,  
Isaacum: sterilis quæ prius uxor erat.  
Dilectum Domino rursum male fœta, Iacobum  
Isaaco tandem cara Rebecca dedit.  
Huic Lia, magna quidē magna spes gentis, Iudam  
Cum caris peperit fratribus inde suis.  
At pater hinc Iudas Zar amq; Pharesq; gemellos  
De Thamara, fuerat que nurus ante, tulit.  
Esrōnumq; Phares misit, cui protinus inde  
Filius, Arāmus nomine dictus, erat.  
Aminadab porro Phariæ regionis in orbe  
Creditur Arāmo de genitore satus.  
Hoc de patre genus propior trahit inde Naasson.  
Qui propter sobolem clarior esse potest.  
Nam genuit natum, multis uirtutibus auctum,

Salmo-

LIBER PRIMVS.

5

Salmonem, populus quo duce latus agit.

Ex Rachaba Salmon genuit famulante Boozem,

Quo duce per Canaan foris Hebreus abit.

Hic Obedis genitor fit post Moabithidis, ipsi

Fœmina gentili quem sata stirpe parit.

Ipse Obedes autem magnum produxit Iessan,

Dauidi patrium ducitur unde genus.

Dauidi Salomona pium generauit, Vriæ

Post obitum, sævis nupta marita dolis.

At Salomon, inter minimus Dauidis alumnos,

Infausto Roboam sidere deinde tulit.

Dux uero Roboas natum suscepit Abiam,

Qui patriæ hæredem religionis agit.

Afan Abia creat: rursum creat impius Asæ

Iosaphatum finxit cui pia corda Deus.

Ioramoni ille creat: sed Ioramus edit Oziam,

Ioathami gaudet qui pius esse fator.

Hinc Achasum consors thalami sua nixibus edit

Ioathamo, multos qui colit usq; deos.

Ezechian Achasus profert, ex fratre nepotem:

Namq; Achasi sobolem morsq; Baalq; uorant.

Ezechias clarum uersa pietate Manassan

Progenuit, tremulus cùm foret ipse senex.

Hic fator Amonis, Iosian protulit Amon,

Regia defuncto qui patre sceptræ tenet.

Dumq; Semiramia populus Iudeus in urbe

Exulat, & captus uincula dura gerit,

¶ DE NATIVIT. CHRISTI

Iechonias cara Iosie è coniuge Regi

Nascitur: & fratres mox habet ille suos.

Hinc ubi bis septem lustris abeuntibus, & grè

Fugit ab exilio libera, turba suo:

Iechonia rursum fortis generance, creatur

Salathiel: patrem quem Zorobabel habet.

Rursus ab hoc fortis descendit Abiudus, heros:

Eliacus soboles cui generosa datur.

Azaron Eliacus, Sadocum creat Azor: Achinus

A Sadoco: Eliudum fortis Achinus habet.

Eliado dulcis coniux Eleazaron edit:

Cui pius est Matthan filius inde datus.

Exoritur tandem pius è Matthane Iacobus:

Iosephus gaudet quo genitore pius.

Iosephus qui iura thori dedit inde Marie:

Ex qua natus erat Christus I E S U S, homo.

Progenies igitur totius stirpis ab Abra

Semine, Davidis semen ad usq; ducis.

Si uideas rectè, collecti debita secum

Nomina fert generis quatuor atq; decem.

At genera à celso Iessxi, stemmate Regis,

Gentis ad exilium, si numerare uelis:

Inuenies iterum capitum bis nomina septem:

Quæ claudit series ordine iusta suo.

Deniq; si magnæ iuga post Babylonica stirpis

Ad natum fucrit gens numerata Deum;

Ille tibi numerus per quinq; nouemq; redibit;

sicut

LIBER PRIMVS.

Sicut in exemplis ante duobus habes.

H.ec gentis series, h.ec incunabula, Christus

Vnde fuit natus, filius ille Dei.

FLEGIA III.

Christi Salvatoris humanitas, virginis Mariae, per Gabrielem angelum nunciatam: mense sexto, hoc est, die 25 Mar-  
ti: anno conditi Mundi 3961.

LVCAE CAP. I.

In mense autem sexto missus est angelus Gabriel a Deo in ciuitatem Galilaeam,  
cui nomen Nazareth.

**T**empus erat, Phoebe sexto quo cornua mense  
Sumpserat, et claro cœperat ire polo:  
Angelus in paruam quando Galilæidos urbem,  
Aethereo Gabriel missus ab axe fuit:  
Scilicet ut summi ferret mandata parentis,  
Lecta Deo mater, regia virgo, tibi.  
Virgo sed ante viro thalamum promiserat illa,  
Iosephus cuius nomen et omen erat.  
Principiumque sui generis ducebat ab alto  
Sanguine, Davides inclytus unde uenit,  
Virginis ac nomen, tali que nupta marito  
Sacra thori dederat iura, Maria fuit.  
Huius ut ingressus gemmatis Palmifer alis  
Secretæ tetigit limina sedis, ait:  
Salve lecta Dei virgo, virgo inclyta salve:

## 8 DE NATIVIT. CHRISTI

Salve uirginti splendor honosq; chori.

Te coelestis amat Genitor, tibi gaudet adesse,  
Fœmineas inter tu benedicta nurus.

Illa uidens iuuenem, gestumq; et uerba loquentis,  
Concepit niueo turbida corde metum.

Obstupuitq; diu uoces, tacitaq; reuoluit  
Mente, salutandi quis foret iste modus.

Tunc animum timide cupiens placare pueræ  
Aliger, hos lætos protulit ore sonos:

Pone grauem Regina metum, curasq; resolute,  
O' nuribus fœlix omnibus una magis.

Te Pater omnipotens pronis amplectitur ulnis,  
Et Dominus clemens propitiusq; tibi est.

Afspice, concipies mirandæ fœmina prolis,  
Et paries iusto tempore facta Deum.

Et quia Saluator multis feret ille salutem,  
Dicendus magno nomine I E S U S erit.

Magnus erit, supraq; hominem sece efferet: unde  
Dicetur summi filius esse Patris.

Huic Deus eternus sedem Davidis auitam,  
Ipsiusq; Patris regia sceptra dabit.

Perpetuò gentem secura in pace souabit,  
Isaico sece quæ pia tollet aio.

Huic ego nec metas rerum, nec tempora pono:  
Nullus enim regni terminus huius erit.

Sic memorat Gabriel, roso quem timcta pudore,  
Insequitur tali regia uirgo modo:

## LIBER PRIMVS.

2

Qua queso ratione potest contingere, nobis  
Insolitum persers nuncia cuius, opus?  
In uetitis numerem tactus cum salua uiriles,  
Et mihi sint nulli gaudia iuncta uiro?  
Nuncius hic contra placido sermone profatur  
Talia: Res nutu est illa gerenda Dei.  
Te pater afflabit miti supremus amore;  
Et tecum uirtus Omnipotens erit,  
Ac sacer arcano totum se foedere miscens  
Spiritus, huic utero semina prima feret.  
Filius inde tuus toto cantabitur orbe,  
Filius eterno de genitore fatus.  
Sic pia, iuncta tibi propiori sanguine, uirgo,  
Helisabe, quamuis cana senecta premat,  
Fert uterum tamen ecce, nihil tardante senecta,  
Plenaq; Zacharie spem modò prolis alit.  
Et uaga iam sextum coniunctis cornibus orbem  
Luna replet, pregnans hoc ea tempus habet.  
Omnia sic parent summo submissa Tonanti:  
Omnia sic eius dextera magna potest.  
Illa dehinc: Ciuis iuuenum pulcherrime cœli,  
Obsequor: his dictis sponte datura locum.  
Sum Domini, uelut ante' fui, subiecta ministræ,  
In me polliciti sint rata uerba tui.  
His ita perfectis abiit, solaq; relicta  
Virgine, libratum corpus in astra tulit.

IO DE NATIVIT. CHRISTI  
ELEGIA IIII.

Posteaquā Maria uirtute Spiritus sancti, grauidat facta  
est, Iosephus rationes secū init, ut ei matrimonij promissam  
fidem irritam faciat: à quo proposito per angulum re expli-  
cata insomnis, quomodo habeat, renovatur.

MATTH. CAP. I.

I E S V uerò Christi nativitas sic habet,  
Cùm mater enim eius Maria desponsa-  
ta esset Ioseph, priusquam congressi fu-  
issent, &c.

**H**Aec autem ratio pueri nascentis I E S V,  
Mater onus quando dulce ferebat, erat.  
Ipse quidem senior casta cum uirgine Ioseph,  
Legitimi statuit sacra parare thori:  
Coniugijq; fidem, teda socianda iugali,  
Iam dederat, sponso pacta puella nouo.  
Ante tamen lectus thalamo quam iungeret uno,  
Sponsa sacro statu plena reperta fuit.  
Tunc senior manifesta uteri cum pondera uidit,  
Hanc statuit fidei ius uiolasse suæ:  
Sed quoniam uir iustus erat, turpisq; uolebat  
Innocuus puras labis habere manus:  
Eribuit famam grauidæ uolare pueræ,  
Ne fieret patrij crimen in urbe soli.  
Tantum cura fuit, tacitas ut fallere tædas  
Posset, ex ingrato liber abire thoro.  
Nec animo secum peragit: curaq; perenni  
Exigit

Exigit, hoc fieri qua ratione queat.  
 Sed dum blanda quies olim sua membra iacenti  
 Irrigat, & serpit munere grata Dei;  
 In somnis ecce ante oculos sece angelus offert,  
 H.ec qui sollicito iussa sequenda dedit:  
 Ne metuas illam stabiliis tibi iungere Nympham,  
 Spem socij firmam que dedit ante thori.  
 Nam quod gestat onus, quod plenior ebullit aliud.  
 Illud opus sacri flaminis esse scias.  
 Progeniem uero pariet, Iesumq; vocabis  
 Nomine: sic uerum nomen & omen habet,  
 Namq; sui populi, culpae qui mole grauatur,  
 Purgabit uitijs libera corda suis.  
 Seruabitq; pios manes, atq; inferet astris,  
 Ut noua perpetua gaudia lucis agant.  
 Omne sed hoc factum est, quoniā sic uolucre uates  
 Ipse suos rerum iusserat ante, Pater.  
 Namq; per Amidem tali canit ore prophetam,  
 Qui Solymis quandam ciuibus hospes erat:  
 Ecce grauis tumida uirgo censembitur alio,  
 Et sobolem intacta uirginitate dabit.  
 Ac tenerum Emmanuel infantem nomine dicet,  
 Nobiscum Dominum quod sonat, esse Deum.  
 Heliades postquam somno reuocatus ab alto,  
 Et sibi per lucem redditus ipse fuit:  
 Pronus obit monitus, supera quos aliger arce  
 Detulit, & sponsæ gaudet adesse suæ.

Sed

## 22 DE NATIVIT. CHRISTI

Sed non agnouit citius, Iesuia donec

Ille peperit uirgo pudore satum.

Et memor infantem saluantis nomen Ihesu,

Nomen ab officio iussit habere suo.

## ELEGIA V.

Maria salutat Elisabet, uxorem Zacharie, coenatam suam: cuius in utero infans se, ob presentem mundi Salvatoris commouet, leticiaq; exultat. Et uirgo Maria propter immensa beneficia, quibus pre ceteris seminata Deo ornata est, pleno ore laudes Deo concinnat.

## LVCAE CAP. I.

Exurgens autem Maria in diebus his, abiit in montana cum festinatione, in civitatem Iudee, & intravit in domum, &c.

**I**am uero cum misera Deo Davidica uirgo  
Cœpisset partus semina ferre sacri:  
Tentat iter, notamq; cito pede fertur ad urbem,  
Quæ sita Iudeis montibus alta fuit.  
Utq; emensa uiam primum, non tardè puella,  
Conscia Zacharie limina uatis adit.  
scilicet ut multam nurui cognata salutem  
Dicat, & exoptet prospera cuncta, suæ.  
Ille saluantis uoces ubi lætior hausit,  
Et dedit alternas, continuitq; manus:  
Confestim clausa saliens genetricis in alio,  
Insolitis cœpit motibus ire puer.  
Et Deus inuasit matrem, subitoq; cucurrit

Cæle-

## LIBER PRIMVS.

13

Cœlestis penetrans īma per offa calor.  
 Nec tacet ulterius diuino afflata furor,  
 Elisabe, tali consīa uoce sonat:  
 Salue magna Dei genetrix, lectissima salue,  
 Fœmineos inter tu benedicta choros.  
 O' soboles diuina, Dei o' sanctissima proles,  
 Quam tuus accepto pondere uenter habet.  
 Vnde mihi hæc fulsit placidi clementia cœli?  
 Vnde precor uenit gratia tanta mihi?  
 Ut Domini me magna mei, terq; inclyta mater  
 Viseret, & corām uellet amica loqui?  
 Ecce etenim soboles, ista quæ clauditur alio,  
 Te simul ac proprius sensit adesse mihi,  
 Emicuit: testansq; dato suo gaudia signo  
 Se tenero mouit subtilitq; sinu.  
 Et felix o magna parens, o aurea virgo,  
 Quæ potes immota credere mente Deo.  
 Te promissa manent Domini: quem sola uidebas,  
 Aetherij iuuenis te pia, sermo uocat.  
 Regia sed virgo plena tunc gaudia mente  
 Imbibit, & toto pectore leta fuit.  
 Et modulata sacris diuinum uersibus hymnum,  
 His Dominum cœpit glorificare sonis:  
 Mens mea perpetuos Summo persoluit honores,  
 Inq; Dei laudes lingua soluta ruit.  
 Plenius exultant iucundo pectora motu,  
 Læticiaq; mihi ceu rapiente suunt.

Namq;

14 DE NATIVIT. CHRISTI  
Namq; humilem mitis seruam respexit ab alto,  
Atria sidereæ qui colit alta domus.

Hinc ego, dum uasti constabit machina mundi,  
Nomen ab æterna posteritate feram.

Magna mihi paruae cumulauit dona puellæ,  
Sub ualido torquet qui pede cuncta, Pater.

Ad ueniam pronus, largusq; fauore, benignus,  
Munificus, clemens omnibus esse cupit:

Omnibus, addicto prompti quicunq; timore  
Imperij faciunt debita iussa sui.

Ille suæ promens ualidus noua robora dextre,  
Plurima mirandis signa dat usq; modis.

Ille domat frangit, dispergit, deprimit omnes,  
Qui proprijs magni uiribus esse uolunt:

Ille trahit mentes solijs è mollibus acres,  
Et locat abiectum rursus in alta gregem.

Diuitijs inopes superat, uacuosq; relinquit,  
Qui bona cum teneant plurima, plura petunt.

Nunc memor Isacidis aderit, dubijsq; benignam  
Rebus opem patria pro bonitate feret.

Tharideæ ueluti, patribusq; recepit auitis,  
Et quibus est magni sanguinis author Abram.

Mensibus inde tribus cum dulci mansit amica,  
Quam iuuat officijs prompta ministra pijs.

Atq; hoc elapso successit tempore retro  
In patrias uirgo, per iuga summa domos.

ELE-

## ELEGIA VI.

Christi Salvatoris in hunc mundum abiecla, & plane  
humilius nativitas. Angelorum propter eam summa leti-  
tia, noluptas, atq; triumphus.

## LVCAE CAP. II.

Factum est autem in diebus illis: Exiit  
decretum à Cæsare Augusto, ut censere-  
tur totus orbis. Hæc descriptio prima fa-  
cta est, &c.

**E**x iit Augusto de Cæsare dogma, tributum  
Penderet ut gemino, subdita terra, polo.  
Tempore quo magnis Syrie Cyrenius oræ  
Præses erat: primum quæ data mulæta fuit.  
Nec mora, consurgit densis gens undiq; turmis,  
Inq; nouas leges quilibet ire parat.  
Quilibet ire parat patriam non tardus ad urbem,  
Ut sua cum tota nomina gente ferat.  
Ergo nouus molitur iter quoq; sponsus Ioseph:  
Quem socio sequitur dulcis amica gradu.  
Et linquens natale solum Galilæidos oræ,  
Ad patriæ tendit culmina parua tribus:  
Propterea quod clara trahat primordia gentis  
Stemmate de celso prolis lessa tuæ.  
Irecupit, nomenq; suum, nomenq; puellæ  
Ut patria scribi gentis, in urbe finat.  
Ibat, & à tergo gressus comes ibat herilis,

Foemina,

Fœmina, cui grauidus semine uenter erat.  
 Tædia sed primum quando post multa laboris  
     Bethlemitæ gelida sede quicuit humi:  
 Alma dies fulsit, fœtum quo regia coniunx  
     Ederet, & mundo gaudia plena daret.  
 Et primò genitum pecora inter inertia prolem  
     Exhibuit, Iesu foeta pudore nihil.  
 Et tenerum impeditj attrito tegmine pannis  
     Innocuum resouens officiosa latus.  
 Composuitq; ipsum, dura in præsepia uinctum,  
     Nam reliqua nullus mansit in urbe locus:  
 Pastores autem uicina in ualle maneabant,  
     Seruantes possum lata per arua gregem,  
 Et uigilem dulcis somni sine munere noctem  
     Ducebant, septis addita turba suis.  
 Hos adiit Domini, splendente coruscus amictu  
     Angelus, & roseo terruit ore uiros.  
 Claraq; lux Domini largo splendore refusit,  
     Et dedit auratum tota per arua iubar.  
 Pastorum micuere sinus, gelidusq; cucurrit,  
     Corda metu pulsans, sicca per ossa pauor.  
 At se turbatis socians pastoribus ultrò  
     Aliger, hos blando reddidit ore sonos:  
 Sollicitum uacuo deponite corde timorem,  
     O quibus est huius tradita cura gregis:  
 Ecce etenim uobis noua gaudia, gaudia porto,  
     Quæ populus toto sparsus in orbe feret.

Nam uobis hodie memori Dauidis in urbe

Saluator mundi, natus I E S U S homo est.

Signa tenet: iacet tener in præsepibus infans,

Cui iuuenile ligat fascia multa latus.

Talia dicenti, cœlo demissa profundo

Angelici iuncta est concio tota chori.

Et cœtu cinxere polum, dulciq; sonantes

Murmure, per liquidas concinuere plagarum.

Gloria magna Deo, uirtus, nomenq; perenne,

Sidera qui nutu temperat alta suo:

Paxq; solo, pax atq; salo pulcherrima nascens

Floreat, & toto ponat in orbe pedem:

Et bona mens hominum saluis letissima rebus,

Omnia consensu comprobet ista suo.

### ELEGIA VII.

Pastores, Angelorum secuti iussa, in ciuitatem Bethlehem se conferunt, & natum Christum querunt: quæsumq; inueniunt, & inuentum effusè laudant.

### LVCAE CAP. II.

Et factum est, ut discesserunt ab eis angelii in cœlū: & homines pastores loquebantur inter se, &c.

**A** Etheros postquam stellantis Regia cœli

Accepit iuuenes, non renuente sinu;

Lanigerum gelida seruantes nocte, loquuntur

Pastores uaria plurima uoce, pecus.

Quin referunt: Pariter dulces abcamus amici,

## IS DE NATIVIT. CHRISTI

Ad Bethlæ rapido conscia tecta, pede.

Vt uideamus opus, Dominus quod prodiit almos  
Per cœli iuuenes, aligerosq; choros.

Nec mora, nec requies, grege leta per arua relicto,  
Bethlæi subeunt moenia parua Laris.

Ilic inueniunt teneræ cunabula prolis:

Cumq; parente sua, cumq; parente suo.

Effultus stipula parvus præsepia dura  
Occupat, & tergo subdita foena premit.

Talia cernentes, laeti per denia campi,

Quæ data sint ipsis conficienda, sonant.

Omnia commemorant rerum miracula, sanctus  
Quæ supera missus detulit arce, chorus.

Quæq; polo sese monstrans, pater edidit alto,  
Cætera concordi signa tenore canunt.

Et cuncti, quibus hæc uigiles cecinere magistri,  
Talia sunt miris uisa peracta modis.

Omnia sed fido conseruat pectore mater,

Expendens animo singula uerba suo.

Pastores autem post hæc, ouiumq; magistri  
Deserti repetunt libera septa gregis:

Inq; uia memores diuini muneric huius,

Rite canunt toto carmina lata die,

Extenduntq; Dei laudes, perq; omnia spargunt:  
Cœlestes genij ceu monuere prius.

## E L E G I A V I I I .

Christus Salvator, sub legem missus, oblauo die circum-  
ciditur, Iesuq; nomine suo vocatur.

## LVCAE CAP. II.

Postquam cōsummatis sunt dies octo,  
ut circumcideretur puer, uocatū est no-  
men eius I E S V S, &c.

**A**ltera post sextam cum lux reuoluta ueniret,  
Et puer octauis cooperat ire dies:  
Ut generis signum ueteri de more tenellus  
Acciperet, ferro membra secanda dedit.  
Et diuina fuit dictus per nomina, I E S V S;  
Quo gerit officij symbola certa sui.  
Cœlestis quod nomen ei puer indidit ante  
Conceptus matri quam foret ipse pīe.

## ELEGIA IX.

Christi Saluatoris oblatio in templo Hierosolomytanus  
Simeonus Iudei Christum ulnis suis excipientis hymnus di-  
minus: & uaticinium de eius regno. Ame uatis testimoni-  
num, hunc infantem mundi Salvatorem uoce sua pronun-  
ciantis,

## LVCAE CAP. II.

Postquam completi essent dies purga-  
tionis eorum, secundum legem Mosi: ad  
duxerunt eum Hierosolymam, &c.

**T**empus ut exactum fuerat, quo Regia prisca  
Mater erat solitis, more pianda sacris:  
Ad Solymi iuuenem duxerunt limina templi  
Alma parens uirgo, munificusq; senex.

## 20 DE NATIVIT. CHRISTI

Scilicet ut Domino ueteris pro munere legis

Offerrent, ueluti pagina Sacra canit:

Omne virile genus, primum noua nupta quod edet

Parturiens, Domino conuenit esse sacrum.

Vtq; pijs ferrent aris munuscula, seruum

Per Mosen iussit qualia ferre Deus.

Sive gemens turtur cum coniuge, sive columba

Cum socia, munus scilicet illud erant.

In Solymis autem Simeon, uir nomine dictus,

Antique socius religionis, erat:

Ille sive, populiq; sui promissa salutis

Munera sperabat de bonitate Dei.

Quinetiam plenus cœlesti flamine uates,

Omnia quo uiuunt corda souente, fuit.

Spiritus huic idem, Domini uis ignea, longe

Responsum dederat talibus antè sonis:

Non prius hanc linques uitam, non deniq; somnus

Abscondet Simeon lumina clausa tibi:

Antè tibi quam uisus erit Deus ille salutis

Author, in humana carne uidendus homo.

Hic se se in sacram facis poscentibus ædem

Attulit, in templo quando Maria fuit.

Et cum filiolum Domino statuere parentes,

Vt facerent legis munia iussa Dei:

Ipse suis palmis ad pectora, pectora prebit

Infantis, Domini raptus amore sui.

Et noua corda souens, penitusq; in gaudia fusus,

Talibus

Talibus insonuit per noua uota modis:  
 Nunc mihi nunc liceat Deus, ô Deus optime uitam  
 Claudere, dum pacti sunt rata uerba tui.  
 Namq; tuum uidi tremulus, mea gaudia, Natum:  
 Qui Saluatoris nobile nomen habet.  
 Qui uenit, ut populos augusta pace gubernet,  
 Qua Nereus uiridem cærulus ambit humum:  
 Lumen adest, radijs qui totum illuminat orbem,  
 Lustratisq; datur gentibus alma quies.  
 Hoc reuocata piae stabit duce, gloria genti  
 Ifacidum, prolem quam cupis esse tuam.  
 At uero senior, monitis coelestibus actus,  
 Fatidico puerum dum canit ore Deum:  
 Infantis genitor dubius, materq; puella  
 Mirantes, tacito pectore multa putant.  
 Et Simeon pueri noctens sua brachia collo,  
 Coniugibus dixit prospera cuncta pijs.  
 Fatorumq; ipsis memorans arcana resoluit,  
 Ipsius ac matri talia uerba dedit:  
 Orbis in hoc puerō longē pars maxima surget:  
 Orbis in hoc puerō pars quoq; magna cadet.  
 Atq; adeò in signum soboles tua ponitur ista,  
 Quam contra mundus seditionis eat.  
 Quintiam stricto ualidum mucrone puella,  
 Per pectus gladium senseris ire tuum.  
 Scilicet ut pateant multorum subdola corda,  
 Eucatæ titulum quæ pietatis habent.

## 22 DE NATIVIT. CHRISTI

Adfuit & quedam uenturi preschia uates,  
Filia Selphanidi que Phanielis erat.

Affer auus fuerat, magno quem Selpha Iacobo  
Ediderat: caræ Selpha ministra Lie.

Hæc grauior lustris, & fessa senilibus annis,  
Cœperat albentes grandis habere comas,  
Coniuge cum fido septem quia circiter annos  
Vixerat, à prima uirginitate sua:  
Annis cumq; nouem, lustris sex lustras nouenies  
A primo fuerant enumerata die.

Et semper templo custos affixa manebat,  
Sobria dans castas nocte dieq; preces.

Hæc etiam numerum complet, dum paruulus arctè  
In manibus Simeon pendet Hebræ tuis.

Et Dominum effuse laudat, de semine quondam  
Promisso ad Solymas multa locuta nurus.

Vt uero magni solenni more parentes  
Omnia fecissent, que facienda forent:  
Ad patriæ terram sedis, quam Nazara seruat,  
Per campos referunt se Galilea, tuos.

Paruulus interea pubescens mollibus annis  
Sucrescit donis, perfruiturq; suis,  
Et se magnus agit puero commissus in ipso  
Spiritus: & magni complet amore Patris,

## ELEGIA X.

Magi orientales, ab inusitata in cælo exorta stella, excitati,  
eamq; ducem sequunt, frequentata Hierosolyma, Beth-  
lehemiom

*Iehemiam uenient, & nato Christo munera sua afferunt ac largiuntur.*

## MATTH. CAP. II.

Cum autē natus esset IESVS in Bethleem, ciuitate Iudeæ, temporibus Herodis regis: ecce Magi ab oriente, &c.

**C**hristus ubi tetigit mortalis lumina uite,  
Bethlemia tenui natus in urbe casa:  
Tempore purpureus quo ceperat ille tyrannus  
Herodes, regni frēna cruenta sui:  
Ecce Magi, regio quos ultima misit ab ortu,  
Ad Solymas ueniunt moenia celsa domos:  
Adueniunt, acciuntq; feris rumoribus urbem,  
Vndiq; dum multa talia uoce serunt:  
Rex quibus Ephramidum magnus seruatur in oris,  
Rex, modò qui Diua uirgini natus homo est:  
Eius enim stellam multa cum luce micantem  
Vidimus Eois ire per alta plagis:  
Barbariciq; duces patrijs huc uenimus oris,  
Ut pia dicamus supplice uota genu.  
Talis Idum ei rumor cum uenit ad aures,  
Anxia percurrit frigidus ossa pauor.  
Vrbs etiam turbata tremit, silet ipse Senatus:  
Pontifices mussant, turbatiq; uersa strepit.  
Nec requies: doctosq; uiros, legumq; peritos]  
In Synodus princeps ipse coire iubet.  
Attonitisq; inhians animis, inquirit ab illis,

## 34 DE NATIVIT. CHRISTI

Quem tribuat Christo Pagina sacra locum.  
 Ore sonant uno proceres, doctiq; magistri:  
 Nascentem Bethle spondet Hebræa Deum.  
 Sic etenim nobis, diuino concitus œstro,  
 Fatidica loquitur uoce propheta Dei:  
 Et mea tu Bethle non ô non parua, nec olim  
 Ultima Iudeos inter habenda duces:  
 Tu dabis Heroem mihi paruula scilicet illum,  
 Imperio populum qui reget usq; meum.  
 Tum uaser Herodes, fuscatos ora Sabæos  
 In sua, sed furtim, regia tecta uocat:  
 Auribus ac præsens audis, rimatur ab illis,  
 Tempore quo dederit signa notata polus:  
 Quoq; die radiante micans noua stella capillo,  
 Sidereo radijs fulserit axe suis.  
 Inde refert: Fausto Bethlæ ad culmina sedis  
 Omne, monstratam continuare uiam:  
 Quoq; potest fieri studio, curaq; sagaci  
 De pueri cunis querente cuncta sacris.  
 Cumq; repertus erit, uobis querentibus ultrò  
 Finibus in nostris, Bethlemicisq; plagiis:  
 Ferte retrò famam celeres, nobisq; uolentes  
 Omnia de nato significate Deo:  
 Ut ueniens ipsi (fecisset scilicet ense  
 Vota) pias faciam supplice mente preces.  
 Dixerat hæc Vulpes. Salomonis eburnea lingunt  
 Atria: querentes te pia Bethla, Magi.

Ecce

Ecce sed Eo acceli in regione sereni  
 Vis a prius, dicit prævia stella facem.  
 Dumq; uiam flammis signat, dumq; aethera sulcat  
 Crinibus, & plenum lumen in astra iacit:  
 Præcurrit, radijsq; regit comitantibus Indos,  
 Ut dubiam possint flectere ritè uiam.  
 Nec prius absistit, donec gens decolor ortus  
 Fatalis tenuit culmina parua domus.  
 Illic fixa super tectum cum lumine largo  
 Substitit, & Persis conscia signa dedit.  
 At uero ut proceres longo dare limite sulcum  
 Conspiciunt certo sidera fixa loco:  
 Læticia sese tollunt, tectumq; salutant,  
 Et noua sublimi gaudia mente fuent.  
 Introeuntq; sacrum limen, paruumq; iacentem  
 Inueniunt Diuæ uirginis ante pedes.  
 Præterea magnum pueri prece numen adorant:  
 Et posito tendunt brachia leta genu.  
 Thesaurisq; suis pro relligione solutis,  
 Accumulant plena munera larga manu.  
 Copia non auri, nec odori copia thuris  
 Deficit: & myrræ dona sequentis habent.  
 Admoniti uero tacite per somnia noctis,  
 Ut fugerent hostis subdola tecta sui:  
 Ad patrias rediere domos, dulcesq; penates,  
 Alterius ducti per regionis iter.

26 DE NATIVIT. CHRISTI  
ELEGIA XI.

Fuga Iosephi & pueri Christi, matrisq; ipsius Mariae, in  
Aegyptum. Herodis noua & inaudita crudelitas, quam  
erga sobolem Bethlemiticam usurpat.

MATTH. CAP. II.

Digressis autem illis, ecce Angelus De  
mini apparet in somnis Ioseph, dicens:  
Surge & assume puerum, &c.

**V**T tenuere uiam patrias Orientis ad oras  
Et pietate Magi, consilijsq; graues:  
Angelus Heliadem, grato dum munere somni  
Perfruitur, tali uoce locutus, agit:  
Surge senex, paruumq; sua cum matre nepotem  
Sume: peregrina est terra petenda tibi.  
Surge, resolute moras, terram pete, fuisse opimos  
Nilus, ubi pingui flumine lactat agros.  
Nec refer inde pedem, donec cum coniuge magna,  
Altera me quondam iussa monente feras.  
Namq; acri mortem meditatur fraude tenello,  
Quem sitis humani sanguinis urit, homo.  
Angelus ista. Seni rumpit nox alta soporem,  
Somnus abit, uiuus serpit in ossa uigor.  
Consurgit plenus monitis, stratisq; iacentes  
Arripit infantem, coniugiumq; pium.  
Lamq; quiescebant homines, pictaeq; uolucres,  
Altaq; nocturnos luna regebat equos:  
Cum senior, gnatumq; ferens, matremq; sequetem,  
Nilia cas

Niliacas adiit nocte silente plaga.  
 Illic cum socia labentis tempora uitæ  
 Exigit, & fida tutus in urbe sedet.  
 Dum ferus Hebreæ letho cadat arbiter aulæ,  
 Qui iuueni pestis magna futurus erat.  
 Vi suus euentus uerbis accederet illis,  
 Quæ Beeri tali filius ore dedit:  
 Eregione mihi Pharia sese aureus heros  
 Extulit, optatus filius ille meus.  
 Tum ferus Herodes Arabum, cùm deniq; sensis  
 Se tacitis lusum turpiter eſe dolis:  
 Confusum demens rapitur, furit, ingemit: iras  
 Aggerat: & rabiem corde minante premit.  
 Emittitq; uiros, tenerosq; à surpe nepotes  
 Exhaustos gladio præcipitare iubet.  
 Et modò qui bimuli, depulsi lacte: minores  
 Vel qui matris adhuc ubera plena bibunt.  
 Pignora districto sterni iubet omnia ferro,  
 Terra quot infelix, Ephrata parua tulit.  
 Tunc sancti manifesta fides oracula uatis  
 Exposuit, tali qui pius ore canit:  
 Multus in excelso sonuit, Rhamamq; per altam  
 Fletus, & heu queruli uox fuit hausta soni.  
 Infelix Rachael, implens iuga questibus alta,  
 Ex tepido flebat pignora rapta sinu.  
 Nec potuit flecti uerbis solantibus ægra:  
 Spes quoniam sobolis non reuocanda fuit.

vt uero

## 28 DE NATIVIT. CHRISTI

Ut uero tandem cecidit, uitamq; reliquit  
 Herodes, uteri uermibus esca sui:  
 Angelus in terræ ueniens Memphitudis oras,  
 Afflito retulit talia iussa Seni:  
 Surge citus: Diuamq; suo cum pignore matrem  
 Sume, Jacobæa est terra uidenda tibi.  
 Nunc etenim rabidi uitam posuere tyranni,  
 Exitium pueri qui uoluere tui.  
 Consurgens autem Senior: comitante puella,  
 Sancta Palæstini uenit in arua soli.  
 Utq; prior didicit, defuncto regia, patre  
 Archelaum forti, sceptra tenere manu:  
 Horruit, & trepidans maleficæ noluit urbi  
 Credere, quæ dulcis debuit esse quies.  
 Ac se se auersum Galilæa remisit in arua:  
 Edoctus ueluti per modò Numen erat.  
 Ilic fatali sedem delegit in urbe,  
 Quæ fuit à pulcro Nazara dicta loco.  
 Ut fieret, quod sacra canunt oracula uatis:  
 Nomine dicendus Nazaraenus erit.

## ELEGIA XII.

Pueri Christi, annos duodecim nati, sacrum colloquium,  
 eum literatis & doctoribus Hierosolomytanis: in quo pri-  
 mum ipsis magnum diuini ingenij uirtutisq; sua argumen-  
 tum præbet.

## LVCAE CAP. II.

Etibant parentes eius quotannis Hie-  
 roso-

rosolymam in die festo Paschæ: & cùm fa-  
ctus esset annorum, &c.

**I**N festis autem cæsi solennibus agni,  
Ad Solymas ibant uirgo, paterq; domos.  
Ac postquam iustum soboles comprenderat æuum,  
Addideratq; annos ad duo lustra duos:  
More sacrae lucis solito Irgisq; parentes  
Unanimes iussum competiere locum.  
Iamq; ubi finis erat sacris, ubi deniq; turba  
A' celsa redijt urbe soluta domum:  
Tarda remansit ibi soboles, carosq; fessellit  
Ista quibus fuerat nil mora nota, suos.  
Namq; ita ducebant animo, sese inter eundem  
Cognatis puerum consociasse suis.  
Ergo iter hesternum, sera sub nocte remensi,  
Inquirunt socios inter ubiq; uagos.  
Atq; ubi per uulgas mixtum, notosq; propinquos  
Progenies nusquam conspicienda datur:  
Ad templum sese referunt, urbisq; requirunt  
Omnia per uaste compita, tecta, vias.  
Pòst ubi suslulerat celo ter serius ortus,  
Purpureo rapidum qui uehit axe diem:  
Inueniunt tandem sacrae per limina sedis,  
Scribarum in medio, pontificumq; choro.  
Cumq; uiris miscetq; uices, rursumq; loquentes  
Audit, & alterno redditur ore sonus.  
Hic iuuenem quicunq; uident, quicunq; tuentes

Perci-

30 D E N A T I V I T . C H R I S T I

Percipiunt miris uerba stupenda modis:  
Sufficiunt omnes parui responsa magistri,  
Iudicio doctis quæ sapiente refert.  
Aspiciuntq; notantq; & fixis uultibus hærent:  
Sic multo loquitur pondere uerba puer.  
Mater at insertum scribis, uatumq; choreis  
Ut natum uidit, progeniemq; suam:  
His prior aggreditur dictis: Ah nate, uoluptas  
Sera mihi, nobis cur precor ista facis?  
En ego te, genitorq; tuus nunc querere tristes  
Cogimur: o curis sarcina lenta meis.  
Ah dum te miseri, dum te quæsiuimus, ista  
Quam grauis exhausit pectora nostra dolor?  
Ille autem: Quid me tantum, quid queritis, inquit?  
Cura mei uobis cur rogo tanta subit?  
An nescitis enim, me nunc quod oporteat esse,  
In Patris et iussis, imperijsq; mei?  
Sic ait, at dubios fallunt data uerba parentes:  
Et grauis ambiguos sermo loquentis habet.  
Sed puer implicitus dextræ genitricis, cuncte  
Ad patrij sequitur dulciarura soli.  
Ilic dilectis paret carissima proles:  
Et merito amplectens semper amore colit.  
Pectore sed genetrix memori signata tenebat  
Omnia, quæ natus cunq; locutus erat.  
Interea parvus uiridis crescente iuuenta,  
Iudicio cœpit prosperiore frui.

Ato

LIBER PRIMVS.

Atq; homines ipſi, linguis animisq; fauentes,  
In tenero miram ſpem poſuere fato.  
Et pater emicuit magno cœleſtis in ipſo  
Indicio: & nati fulſit in ore ſui.

FINIS LIBRI  
primi.

HISTO-

HISTORIAE SACRAE: DE PASSIONE  
 & morte Domini ac Saluatoris no-  
 stri IESV CHRISTI, propter huma-  
 ni generis salutē passi, cruci affixi, se-  
 pulci: anno Mundi 3996. circa ætatis  
 suæ annum 34. die 25. Martij, quo i-  
 pso etiam die in utero uirginis Ma-  
 riæ, ex regia Dauidis stirpe na-  
 tæ, humanam naturam  
 assumpsit:

### LIBER SECUNDVS.

#### ELEGIA I.

*Christus Salvator unā cum discipulis suis Hierosolymā  
 sese recipit: usq; in itinere mortem suam, suppliciumq; & re-  
 surrectionem præagit, atq; exponit.*

LVCAE CAP. XVIII.

Assumpsit autem IESVS duodecim, &  
 ait illis: Ecce ascēdimus Hierosolymā, &  
 consummabuntur omnia, &c.



IS SENOS autem Dominus sibi  
 iunxit alumnos,  
 Et mœstam secum iussit inire  
 viam.

Hinc malefida petens non æqua mœnia gentis,

PRÆ

Præsaga cecinit talia mente uiris:  
 Ecce, mei comites, Solymā properamus ad urbem,  
 Cui uenit à sacra gloria magna domo:  
 Quæq; diu cecinere pīj sacra carmina uates,  
 Omnia nunc finem sunt habitura suum.  
 Nam soboles humana feris ibi gentibus uliro  
 In sœnas dabitur præda petita manus.  
 Certabuntq; omnes odijs illudere capto:  
 Et uelut insanus ludio nullus erit.  
 Quin etiam diris fudent connicia linguis,  
 Ipsius & capiti plurima dira canent.  
 Et graubus cædent palmis, faciemq; serenam  
 Squalida turpabit percūtietq; manus.  
 Præterea ledent tortis sic terga flagellis,  
 Sanguinea ut toto corpore guita fluat.  
 Nec dum finis erit, uirgis mordacibus ipsi  
 Cum fuerint sœua terga notata manu:  
 Crudeles etiam poenas cum sanguine poscent,  
 Inq; crucem turpis more latronis agent.  
 Ast ubi lux primum terris se tertia reddet,  
 Et tenebras radijs pellet amica suis:  
 Luminis in pulchri superas reuocabitur auræ,  
 Et uiuo spirans corpore saluus erit.  
 Talia commemorat caris Saluator amicis,  
 Dum soclam carpunt inscia turba uiam.  
 Sed lux nulla uiris, clariq; uidetur in istis,  
 Quæ Dominus memorat simplice uoce, nihil.

34 DE PASSIONE CHRISTI  
Nil adeo capiant animi: sed condita res est,  
Cœcāq; non paruae pectora lucis egent.

ELEGIA II.

Christus Salvator Petrum & Ioannem ablegat, ut de ho-  
spitio ad sacerum pascha celebrandum apto prospiciant: ac  
notandum, indicumq; facit, quomodo inuenire & qua ra-  
tione illud impetrare debeant.

LVCAE CAP. XXII.

Venit autem dies Azymorum, in quo  
necessæ erat immolari pascha. Et misit  
Petrum & Ioannem, dicens, &c.

**E**tiam sacra dies celeri properabat Olympo,  
Nomen ab illæso qui sibi pane facit:  
Quo Iudea sacro, cæsos gens immolat agnos  
Paschate, non uane relligionis opus.  
Ergo dum dapibus magna se quisquis in urbe  
Præparat, ut iuñis festa diebus agat:  
Dux etiam fido geminos ex agmine fratres  
Gaudia cum tali misit ad ista sono:  
Ite piij comites, nobisq; sequentibus ultrò  
Pro solito festas more parate dapes.  
Legati referunt: Vbi uis epulanda parentur  
Munera? quæ uobis constituenda domus?  
His Salvator ait: Quando uenietis in urbem,  
Ac primo fuerint mœnia tacta pede:  
Cernetis puerum, letum florente iuuenta,  
Cui tremula pendet fictilis urna manu.

Hunc

Hunc oculis seruate, loco succedit iussi,  
 Quo iuuenis gressus diriget ille suos.  
 Et memores sic paucā, domum qui possidet illam,  
 Dicite præmissa uerba salute patri:  
 Ecce tibi Dominus noster, celebrisq; magister  
 Dicit: Vbi sedes hospitiumq; meum est?  
 Exiguam sacris umbram, quæ limina spöndent,  
 Agnus ubi nobis cæsus edendus erit?  
 Ac subito uobis thalamus monstrabitur ingens,  
 Artifici uestit, quem sata fela manu.  
 Illic certa dominus nobis seruabitur, illic  
 Annua dispositis sacra parate thoris.  
 At duo dum fratres abeunt, urbemq; sequuntur,  
 Ut faciant positis iussa uerenda, moris:  
 Omnia, diuinus que dixerat ante Magister,  
 Respondent: Monitis omnia plena datis.  
 Nec mora balantem iugulant, mensisq; paratis,  
 Infinuant primis per noua dona sacris.  
 Et iam declivo migrabat uester Olympo,  
 Cingebat geminos stella serena polos:  
 Accumbit mensæ socia cum gente Magister,  
 Pro ueteri peragant ut sua lege sacra.  
 Dumq; thoris adeunt, dapibusq; epulantur opimis,  
 Pectore gens casta plena, Redemptor ait:  
 Optauit hoc totoq; animo, totisq; medullis  
 Vobiscum ante obitum sumere pascha, meum.  
 Nam dico uobis, Post hac non amplius unquam.

## 36 DE PASSIONE CHRISTI

Ex illo potero me satiare cibo:  
In regno dum ritè Dei complebitur, agnì  
Victus ubi nobis spiritualis erit.

## E L E G I A III.

*Christus Saluator Bethania conuiua, à muliere oleo pre-  
ciosissimo perfunditur. Discipuli egrè id ferunt: & Iude in  
primis molestum est. Itaq; mulierem Christus purgat: &  
piè eam fecisse, in corpore suo, demonstrat.*

M A T T H. C A P. XXVI.

Cum autem es uessel in Bethania,  
in domo Simonis leprosi, accessit ad eū  
mulier, habens alabastrum unguenti pre-  
ciosi, &c.

**B**ethaniam porrò miseri sub tecta Simonis,  
Abstulerat lepram cui Deus antè uenit.  
Ilic dum gratæ celebrat conuiua mense,  
Cum socijs hospes, discipulisq; suis:  
Insignis forma mulier, cultuq; decenti,  
Ingreditur plenæ limina culta domus.  
In manibus geritur leui de marmore uirum,  
Quod casiae & nardi nobilis implet odor.  
Tum superirorans uiuis per tempora succis  
Imbuit, & liquido spargit odore Deum.  
Hoc ubi cum reliquis infelix cernit Iudas,  
Talia cum grandi uerba dolore iacit:  
Quid iuuat, aut miti Domino quid deniq; prodest,  
Balsama corrumpit am preiosa male?

Nam

Nam potius decuit nitidis uenundare nummis,  
 Et poterant inopes munera ferre sua.  
 At Dominus postquam sensit noua murmura Iude,  
 A turpi uoluit sic reuocare malo:  
 Quid miseram uexas, inquit: cur acrius urges?  
 Hec opus in nobis est operata bonum:  
 Semper erunt uobis inopes miseriq; relicti,  
 At me non ideo semper habere licet.  
 Nam mea quod succos sparsit per membra liqueentes,  
 Signa sepulturæ res habet ista meæ:  
 Sic tumulo sua iusta meo, cineriq; manenti,  
 Sincero peragit cordis amore sui.  
 Firma loquor, quacunq; nouæ regione salutis  
 Vox Euangelij dulce sonabit opus:  
 Hec mulier, cunctis aeuo memoranda sequenti,  
 Nomen ab hac magnum religionem feret.

## ELEGIA IIII.

Christus Saluator nouum sedes corporis ac sanguinis  
 sui instaurat, atq; sanctitatem quam misera perditaq; fortuna  
 Iude sit, qui eum prodidurus erat, ostendit.

LVCAE CAP. XXII.

Et accepto pane, cum gratias egisset,  
 fregit ac dedit eis dicens: Hoc est COR-  
 PVS MEVM, quod pro uobis, &c.

**T**unc epulas inter sacras, coenamq; supremam,  
 Ut cecinit grata carmina mente Patri:  
 Accepit panem Dominus, factumq; per omnes

C 3 Hoc

38 DE PASSIONE CHRISTI

Hoc socios tribuit protinus ore, suos:  
Sumite discipuli uescæ sacra munera frugis.  
Corpus in hoc uobis in sero pane meum,  
Quod mactata cadit pro uelstris hostia noxis,  
Tollat ut admissi criminis omne nefas.  
Hoc quoties iusso donum uos sumitis ore,  
Mente necem memori concelebrate meam.  
Hinc epulis ubi pulsa fames cœlestibus, ingens  
Cumq; ipsi peccatus exēna peracta foret:  
Acceptit calicem manibus, uinoq; repletam,  
Discipulis tali tradidit inde sono:  
Hoc potate merum seruato ex ordine cuncti,  
Signa noui sanguis, foderis iste gerit.  
Iste cruor propter multos effunditur, unus  
Ut redimat populi crimina dira mei.  
Hunc quoties bibitis (fieri quod sœpè decebit)  
Corde meam grato commemorate necem.  
Ecce tamen, nunc ecce, meus qui proditor, ista  
Heu mihi non æqua nocte, futurus erit:  
Ille sedet mecum, nunc & quibus implicet hostem  
Innocuum, tristes concipit usq; dolos.  
Ipse quidem uadit, pura de uirgine natus,  
Quo patris æterni iussa statuta uocant:  
Sed miserum, miserumq; nimis, dignumq; dolore,  
Qui malus illius proditor esse foret.  
Hec ubi dicta dedit fixo sese ore prementum,  
Attonitus comitum perculit ossa pauor.

Vnde

Vnde rogan, & scire uolunt, cupiuntq; doceri,  
Infandum Domino quis meditetur opus.

## ELEGIA V.

*Christus Saluator lauat pedes Apostolorum. Petrus nō  
gat se perferre ac pati posse, ut sibi hoc officij humile genus ab  
Domino prestatetur. Quam ei Christus mentem eximis, & up-  
finat, adducit; perfectoq; negotio, de fructu huius muneris  
eos commonefacit.*

## IOAN. CAP. XIII.

Et cœna facta, cum diabolus iam immi-  
sisset in cor Simonis Iscariotæ, ut prode-  
reteum, sciens IESVS, quod omnia, &c.

**V**T data prima quies dapibus, cœnæq; sacra-  
Instituit mortem quā Deus ante suā: (tæz  
Cor postquam capti sathanas acuisset Iude,  
Vellet ut infanda prodere fraude Deum,  
Iamdudum certa Dominus ratione tenebat,  
Esse sibi in proprias tradita cuncta manus.

Inq; humiles alto quod missus ab æthere terræ

Venerat, è mundo quod rediturus erat.

A cœna surgens igitur non inscius heros,

De uacuum, tunicam corpore ponit onus:

Proq; suo capiens niueum uelamen amicū,

Præcingit medium ueste nitente latus.

Tum porro superat peluim fluvialibus undis,

Proposito munus possit ut esse suo.

Ac plantis comitum dans lymphas, ordine pergit

40 DE PASSIONE CHRISTI

Cæruleo sordes pellere rore pedum.

Nec satis: et molli siccata rorantia ueste

Crura, tegens cingit quod latus omne sibi.

Sic agit, at Petrum uersus dum postulat ordo,

Præbeat ut gelida crura lauanda manu:

Aſper ait: Tu ne ipſe mihi ter magne Redemptor

Sordentes tenui perluis imbre pedes?

Huic Christus: Quæ nunc facio, tibi nemo retexit:

Quæ tamen ex nobis postea cuncta scies.

Betsaidas contrâ: Nunquam uenerande Magister,

Sordida tu debes crura lauare mihi.

Respondet Dominus: Nisi te, nisi Petre lauabo,

Non poteris membrum corporis esse mei.

Hec ubi uox durum subiit, perterritus hæsit:

Et pia se tali sub iuga uoce dedit:

Præceptor, non nuda mihi modò crura, sed omne

Corporis effuso sparge liquore latus.

Ille refert: Qui lotus erit, nil amplius, atras

Quam modico ut plantas flumine mergat, eget;

Sed totus iam purus erit, ceu pectora munda

Vos geritis: maculas sed tamen unus habet.

Non etenim latuit, uersum per crimen Iudam,

Composita dirum fraude parare scelus.

Hec ea causa fuit, quare sic dixerat ante:

Vnus abit, salua est cætera turba mihi.

Inde pijs quando Dominus, mitisq; magister

Purgarat liquido fratribus amne pedes;

Præ-

Præcinctum solito corpus circundat amictu,

Et sic Discipulos pauca notare iubet:

Vos me, inquit, uestrumq; ducē, carumq; magistrū

Dicitis, & titulus conuenit iste mihi:

Ast ego si uobis, dux & præceptor amici,

Crura mea laui puluerulenta manu:

Non pudor est uobis, nec munus turpe uocandum,

Sic sordes alijs saepè lauare suas.

Ipse humilis linquo uobis imitabile factum,

Dum gelido uestros abluo fonte pedes.

Vt, ueluti feci, sic uos ubicung; necesse est,

Alterius durum subleuet alter onus.

Non potior certe Domino bene seruus habetur:

Et male, qui legat dicitur esse minor.

Talia si nostis, celsa uos sorte beatos,

Si iuuat officijs tale subire genus.

Non ego de uobis dubio loquor omnibus ore,

E' socia legi quos mihi gente scio:

Sed tamen hoc uenterum memorat præfagia uatu,

Quos dubia scimus tradere uoce nihil.

Cui mensæ similem tribuo communis honorem,

In mea proh calcem sustulit ora suum.

Hæc igitur memoro uobis, hæc omnia pando,

Tempore quæ ueniunt perficienda breui:

Vt cum facta quidem possitis credere firmè,

Vnica quod mundo sim datus ipse salus,

Vera loquor, quicunq; meos sub tecta ministros

## 42 DE PASSIONE CHRISTI

Excipit, & duras non sinit esse fores:  
 Me sibi presentem propriæ sub lumina sedis  
 Allicit, & uera me pietate fouet:  
 At qui me recipit tectis, requiemq; ministrat,  
 Cœlestem hospicio suscipit ille patrem,

## ELEGIA VI.

*Christus Saluator per signum Ioanni declarat ac innuit.  
 Iudam esse, à quo uita sibi periculum creetur. Reliqui disci-  
 puli adhuc ea de re exploratum nihil habent.*

## IOAN. CAP. XIII.

Cum hæc dixisset i e s v s, turbatus est  
 spiritu, & testificatus est, dixitq;: Amé di-  
 co uobis, quod unus ex uobis, &c.

**H**AEC ubi Christus erat placido sermone locis  
 De pietate sua, muneribusq; pijs: cius,  
 Turbati stimulos sensit citò pectoris acres,  
 Et non humani grande pauoris onus.  
 Nec uultu non signa dedit, nutusq; loquentes,  
 Sic tristi cecinit cum sua fata sono:  
 Certa loquor uobis comites, ex agmine uestro  
 Nocte sub hac noster proditor unus erit.  
 Et furias animo tristes nunc perfidus ille  
 Imbibit, & diro serpit in ore nefas.  
 Has inter uoces Domini, tristesq; loquelas  
 Versa nouus fratrum concutit ossa metus.  
 Alter in alterius uultum sua deiicit ora,

Inq;

Inq; genis positus, lumina fixa tenet.

Nam q; animi incertus pendet: neq; cognita res est,

Quid toties Christi uox repetita uelit.

Vnus erat, Dominus molli quem ueste fouebat,

Supponens lepidos ad data terga sinus.

Idem, quem socijs coluit magis omnibus unum,

Nunc positum gremio qui resouente tenet.

Huic patria gaudens Petrus Betsaide, uultu

Inuict, & pressis dat sua uerba notis:

Vtq; roget, quis sit, quasi uellit & admonet, ille,

Cuius erit dandus gentibus arte, D E V S .

Hic igitur Christi dilectis fuis in ulnis,

Sollicito, quis sit traditor, ore rogat.

Christus ait: Bibulum cui nunc mea dextera panem.

Imbuct, & misto dona liquore dabit:

Me mihi toto componit pectore fraudes,

Ille mæ crimen prodictionis habet.

Hec ubi satus erat, Cererem madefecit: at ipsam

A' Domino Iudas Iscariota tulit.

Vtq; tulit, morsusq; dedit, penetravit in atra

Cum furij Sathanas pectora, mille uiri.

Ergo ubi suscepto trepidabat Dæmone, Christus

Propositum dixit, Perfice Iuda tuum:

Solue dolos, quos corde fero meditaris, & arti

Pone modum, pondus que mihi triste parit.

Sic ait, at nullus reliquos satis inter amicos,

Sermo pijs signet quid ducis iste, uidet.

Nam

## 44 DE PASSIONE CHRISTI

Nam quoniam loculos Iudas, nummosq; gerebat,  
 Et quasi prefctus pauperis eris erat:  
 Huic Dominum mandasse putant, uel quæreret illa,  
 Quorum non potuit festa carere dies:  
 Siue aliquid miseris ferrei, tenui<sup>q</sup>; relictis  
 Tristia pauperibus damna leuaret ope.  
 Atq; audie postquam panem demiserat alio,  
 Exist ad scribas, pontificesq; suos.  
 Cumq; illo lux alma fugit, noctisq; potestas  
 Emicat & tenebris, omnia cæca facit.

## ELEGIA VII.

Pontificiū Hierosolomytani consilium de capiendo ac tolendo Christo ineuunt. Quibus ultrò suam Iudas operam defert: pecuniaq; corruptus, ipsi prodere Dominū co*stituit*.

IOAN. CAP. XI.

Congregauerūt ergo Pontifices ac Pharisæi concilium, &c.

ET MATT. CAP. XXVI.

Tunc abiit unus de duodecim, qui dicebatur Iudas, &c.

**E**RGO Patres sancti, dictis er murmure cæco  
 In synodum see, conciliumq; uocant.  
 Turbatisq; fremunt animis, & talia secum  
 Præcipites uasta garrulitate strepunt:  
 Quid facimus? segnes quæ nos mora tarda relinqit,  
 Quid liceat certa morte necare uirum?  
 Nam huius edit passim miracula signis,

Pluri-

Plurimaq; ingenti dexteritate facit.  
 Si permiserimus nascentem serpere famam,  
 Qua populum falsa perditus arte capit:  
 Romulidae uenient acres, læsiq; Quirites  
 Hebræa spolium de ditione ferent.  
 Et penitus nostrum, Romanis uiribus haustum,  
 Stirpe laborabit deficiente genus.  
 Vnus at ex ipsis Caiphas agnomine dictus,  
 Tempora qui propter cana uerendus erat:  
 Iste, nouo quoniam munus sibi cesserat anno  
 Pontificis, uerbis talibus orsus, ait:  
 Nulla super uobis tantis sententia rebus,  
 Causa nihil præsens pectora uestra mouet:  
 Vnum pro multis detur caput: expedit unus  
 Ut pereat, gens hæc quam male tota cadat.  
 Ista sed humano non est de more locutus,  
 Pro misera dandus gente quod unus erat:  
 Sed quia Pontificis summi est moderatus habendas,  
 Has animo uoces uaticinante dedit.      (bræs  
 Quod Christus populi propter graue crimen He--  
 Illo multitudinis tempore morte foret:  
 Nec modò pro populo, sed totū ut sparsa per orbē  
 Redderet amissi singula membra gregis.  
 Ergo sacerdotes ex illo tempore, sacra  
 Quo synodus fuerat concelebrata domo,  
 Querebant, qua nam Christo ratione nocenti  
 Non dubium possent conciliare malum.

Dice-

## DE PASSIONE CHRISTI

Dicebant autem: Non hoc sub tempore festi,  
Ne nouis hunc populum forte tumultus agat.  
Tunc abiit unus lecta de gente Magistri,  
Cui nomen Iudas Iscariota fuit:  
Ingressusq; unctae malesana palatia turbæ,  
Hos spirante dedit pallidus ore sonos:  
Quod mili sponderis precium, uestrosq; parabo  
Christus ut in casses præda petita cedat:  
Egregij uero donum memorabile facti,  
Ter statuunt lati dena talenta, Patres.  
Ex illoq; die memori sub pectore coepit  
Voluere, qua Dominum traderet arte suum.

## ELEGIA VIII.

Christus Salvator exiens in hortum, discipulis singulis  
& universis suam ipsorum defectionem a se, prædicit. Petrus  
multa & ampla de constantia sua pollicetur. Quare hora  
rendum ei Dominus casum de abnegatione ipsius, prædicta  
tis clarius exprimit.

MATTH. CAP. XXVI.

Et cum hymnum cecinissent, exierunt  
in montem Oliuarum. Tunc dicit illis IE  
sus: Omnes uos offendiculum, &c.

**V**T cecinere pijs sacrum concentibus hymnu  
Cu Domino, a sumpto cōsona turba, cibor  
Transsuperant fluuiū Kidron, mōtiq; propinquat,  
Plurima quā pulcrum cingit oliua iugum.

Dumq; uias capit, paruo Deus agmine septus,

Incisio

Incipit hæc placido dicta referre sono:  
Vos hæc atra mihi nimium quæ dira minatur,  
Nox aget, ingenti per noua damna metu;  
Præcipitesq; dabit sensus, captoq; iubebit  
Vera Deo, turpi linquere terga fugæ.  
Nam sic fatidici resonans pia carmina uatis,  
Perpetuum firmo codice, Musa canit:  
Percutiam dextra pastorem vindice, paßim  
Et timidas sparget mox gregis error oues:  
Sed postquam surgens nigri spoliator auerni,  
A domita uiuus morte reuersus ero:  
Me uobis Galilea dabit genitalibus aruis,  
Et ueteri, clarum iunget honore choro.  
Tunc Petrus, stimulat mentem cui uinida uirtus,  
Sic Domini contra præscia dicta refert:  
Hi quamvis uellent auersis mentibus omnes  
Te uarijs captum destituisse dolis:  
Ipse tamen nunquam, dum spiritus ista fouebit  
Ossa, uelim partes deseruisse tuas,  
Sic ait, at clara iamdudum uoce fatenti,  
Audaci Dominus reddit ad illa Petro:  
Non hac, crede mihi, citius cristata uolucris  
Ardua per strepitum carmina nocte dabit,  
Quam tua me timidis hiscens ter lingua negabit  
Vocibus, & dices: Non mihi notus homo est.  
Ille manens fixus reddit: Sequar ultima tecum  
Omnia, sors tristis quæ tibi cunq; parat.

## 48 DE PASSIONE CHRISTI

Et quamuis ueniat certi mihi funeris hora,

Dum tua partitis perfero fata malis:

Non tamen ipse mea timidus te uoce negabo:

Perfidus aut dicam, Non mihi notus homo est.

Sic Domino fidum sese probat esse futurum:

Atq; parem spendet cetera turba fidem.

## ELEGIA IX.

*Christus Saluator ingressus hortum, uultu se demissō in terram abiecit, & ad Patrem coelestem preces suas effundit. Discipulos interim arctus somnus complectitur. Eos euigilare, & orare secum ubet, ne propter carnis imbecillitatem in aliquam temptationem delabantur.*

MATTH. CAP. XXVI.

Tunc uenit IESVS cum illis in uillam, quæ dicitur Gethsemane, & dixit discipulis: Sedete hic, donec uadam, &c.

**V**illa iacet, priscis Getsemanna dicta colonis,  
Quā uernās multo gramine cāpus obit.  
Huc ubi se mōstus turba cum simplice Christus

Attulit, hos tristes edidit ore sonos:

Hic, fidi comites, gens ô carissima, fessa

Gramineo strati ponite membra thoro.

Donec eam, magnoq; sonans pia uerba parenti

Effusas dedero supplice uoce preces.

Nec mora tarda: Petrum sumit, natosq; gemellos,

Non sterilis peperit quos Zebedæ nurus.

Et procul auilus, subita formidine pallet:

Terri-

Terribileq; paucor corda dolore premit.  
 Tunc ait: Aegra mihi quatit ingens pectora terror,  
 Et mea mens ipsam est tristis ad usq; necem.  
 Sed uos luminibus segnem defendite somnum,  
 Et mecum timido peruigilate loco.  
 Dixit, et ad lapidis iactum digressus ab illis,  
 Per loca florentis deuia pergit agri,  
 Et posita in terram facie, gemibusq; uolutis,  
 Has cœpit timida dicere uoce preces:  
 Si fas est genitor, precibus si flecteris ullis,  
 A me, qu em statuis, transeat iste calix.  
 Sed tamen in primis fiat tua magna uoluntas,  
 Velle meum, nutu stetq; cadatq; tuo.  
 Hæc ubi uota dedit pleno cum pectora, fesso  
 Ad socios animo, discipulosq; reddit.  
 His interea fessos sopor irrigat artus,  
 Et reficit mollis pectora fusa quies.  
 Tunc ait ad Petrum: Non unam quæso per horam,  
 Ab uigilate precor, numenq; orate uocantes,  
 Ne modò tentetur sollicitata fides.  
 Spiritus ipse quidē uiridis, promptusq; per altum  
 Fertur iter: nescit sed caro tarda sequi.  
 Talibus exactis, iterum loca sola petiuit,  
 Et sic follicitum continuavit opus:  
 Si non iste parens, à me transire ualebunt  
 Pocula, libata sit nisi fauce bibam:

O DE PASSIONE CHRISTI  
Quicquid ab eterno sanxit tua firma uoluntas,  
Fiat, & euentus res petat ista suos.  
Postea sic autem socijs genitore uocato,  
Imminet, ut casu de ueniente sonet.  
Illi iterum laxant dulci sua membra quiete,  
Et clausas possunt uix aperire genas.  
Sic oculos premit usq; sopor, sic grata uicissim  
Vista, fugant quanuis, serpit in ossa quies.  
Inde locum ierna rursus uice tendit ad illum,  
Pronus ubi largas fecerat ante preces.  
Et citò fusus humi sinuato poplite, celso  
Vot. a patri gemitu plena sequente facit.  
Postea discipulos turbato corde reuisit,  
Et tali ueritas increpat ore moras:  
O' socij segnes, uiridi requiescite terra,  
Furtiuus subeat lumina clausa sopor.  
Ecce meum nunc tempus adest, & flebilis hora,  
Quæ uenit ex omni parte querenda mihi.  
Surgite, ferte gradus, mollesq; abducite somnos,  
Simus ut armatis obuia turba uiris:  
Ecce uenit, qui me demens hostilibus armis  
Obijcit, & gaudet traditor esse meus.

### ELEGIA X.

Angelus de caelo missus, Christum Salvatorem in per-  
turbatione & angore summo erigit, ac consolatur. Qui an-  
gor tam acris ac ueiremens est, ut sudorem ipsi sanguineum  
aliceat, atq; exprimat.

LVCAS

Apparuit autem illi angelus de cœlo,  
corroborans eum: & correptus angore,  
prolixius orabat.

**H**os autem gemitus inter dirosq; pauores,  
Dū petit à summo Patre Redēptor opēt  
Stellifero cœli, iuu-nis demissus ab axe,  
Astitit ad pauidum ueste nitente latus.  
Ille animum dictis placat, uiresq; pauenti  
Sufficit, & curas non sinit esse graues:  
Dilectiq; monet patris, solidiq; fauoris,  
Quo soueat natum tempus in omne suum.  
Ac postquam torcit mœstum dolor anxius ipsum,  
Vnde micans dure fulsit imago necis:  
Celsa sus tendens palmas ad sidera molli,  
Largius orabat gramine stratus opem.  
Interea toto proruptus corpore sudor  
Liquitur, & rosei sanguinis instar abit.  
Mæsta rubet tellus, maculis pudefacta cruentis,  
Purpurei guttas sanguinis herba bibit.  
Tum prece finita, qua tanti in turbine casus  
A caro solitam patre rogauit opem:  
Accedit fidos comites, terraq; iacentes  
Inuenit. & somnus quemq; profundus habet.  
Sic animum tristis pressum dolor occupat ipsis,  
Sic pauor humana plus ratione ualet.

52 DE PASSIONE CHRISTI  
ELEGIA XI.

*Christus Saluator à Iuda discipulo, pontificio militi, ipsorumq; ducibus osculo proditur. Sed antequam se comprehendendi finit, diuinam suam uim, potentiamq; in ipsis copiæ edito miraculo, manifestè declarat.*

IOAN. CAP. XVIII.

Iudas ergo cùm accepisset cohortem,  
& à Pontificibus, &c.

ET MATTH. CAP. XXVI.

Is uero qui prodebat eum, &c.

**I**nterea infandi sceleris fabricator Iudas,  
Ante fores horti perfidus hostis adest.  
Miles eum circa rigidis fremit acer in armis,  
Vnctaq; cum tota turba cohorte uenit.  
Tela sonant manibus, ferrumq; coruscat acutum:  
Ex humeris gladius pendet, & hasta minax.  
Tæda uiam pinguis, longo dans limite lucem  
Monstrat, & obscurum lumine signat iter.  
At Dominus, uerus qui præuidit omnia uates,  
Quæ ueniant ista nocte ferenda sibi:  
Nil trepidus, turbæ procedens obuius, inquit:  
Ecquis in hoc uobis queritur hostis agro?  
Turba refert: I E S U S dictus cognomine Christus,  
Nazara quem lœvo sidere parua tulit.  
Respondet Christus: Coram quem queritis, adsum.  
Vox data nominibus conuenit ista meis.  
Hortator uero, fraudisq; inuentor Iudas

Stabat,

Stabat ad infandum non alienus opus.  
 Ergo Deus postquam dixit: Quē poscitis, adsum:  
 Ista mei nox est nominis, iste sonus:  
 Tota cohors retrò labens ruit. agminaq; imo  
 Fusa solo, magno procubuere sono.  
 His actis iterum turbæ, Quem queritis, inquit:  
 Armorum strepitus quem petit iste uirum?  
 Turba tonat: I E S U M, qui nostra per oppida notus  
 Nazare e dici filius urbis amat.  
 Christus ait: Vobis iterumq; iterumq;, retexi,  
 Quod sim, quem petitis talibus, ipse minis.  
 Mc tamen ad mortem quando depositis unum:  
 Hec habeat tutam libera turba fugam.  
 Ut sermo ratus ille foret, quem dixerat ante,  
 Nunc mihi concessò de grege nemo perit.  
 Is uero qui se comitem promiserat hosti,  
 His dederat certis signa tenenda notis:  
 Oscula cui figam iunctis properata labellis,  
 Ille uir est: uobis ille petendus erit.  
 Ac uiridem postquam turbis comitantibus hortum  
 Ingressus, placidi uiderat ora Dei:  
 Se citò componens, blanda cum uoce salutat,  
 Osculaq; infidus dissimulata rapit.  
 Ille dolum sensit, pressoq; hec edidit ore:  
 Quid sibi uis misero, Iuda: quid ista facis?  
 Oscula tu libas? & ficta per oscula prodis  
 Progeniemq; hominis, progeniemq; Dei?

## 54 DE PASSIONE CHRISTI

Vix tantum cum fatus erat, furibunda iuuentus  
 Irruit, & se se cetera turba parat;  
 Injiciuntq; ipsi ualidos per colla lacertos,  
 Et miserum neclunt in sua uicula ducem.

## ELEGIA XII.

Petrus seruo pontificis Malcho dexteram aurem ampu-  
 tavit. Christus hoc eius audax facinus reprehendit: & docet,  
 non liceat, ut libi potestatem gladii usurpet. Postea discipuli  
 omnes, reliquo Domino, turpi se fugae commendant.

MATTH. CAP. XXVI.

Et unus ex his, qui erant cum I E S V,  
 extendens, &c.

ET MARCI CAP. XIII.

Et respondens I E S V S, dixit illis: Tan-  
 quam ad latronem exiustis, &c.

**A**T comes unus erat duodenæ ex agmine turbæ,  
 Quæ fuerat Christi signa secuta ducis.  
 Non hanc ille tulit speciem, mislumq; tumultum,  
 Quo sibi cum Domino triste paratur onus:  
 Sed præceps animi, & multam sublatuſ in iram,  
 Mutato gladium corripit ore datum.  
 Et famulū aggreditur Malchū, cui uulnere dextro,  
 Auriculam calido demetit ense suam.  
 Illi Christus ait: Gladium non sanguine iusto  
 Manantem, in proprium condito Petre locum.  
 Nam ferro quicunq; ferit violante, cruentem

IIIUS

Illi⁹ er⁹ uindex postea mucro bibet.  
An non sœ⁹ putas, istam me posse sub horam  
Supplice dilectum uoce rogare patrem,  
Ut mihi bis denas ultrō sub signa phalanges  
Mittat in auxilium, præsidiumq; meum?  
Qua uero ratione, canit quæ talia, iustum  
Pollicitis finem pagina Sacra dabit?  
Nam sic cuncta decet fieri: sic omnia uoluit,  
Qui fixis statuit legibus ista, D E V S .  
Sic fatus, tepidam de puluere surripit aurem,  
Et propria affigens in statione locat.  
Hinc sese uertens, tali sermone furentes  
Alloquitur scribas, pontificesq; ferros:  
Tanquam ad latronem cupidi properasti iniquum  
Cum face, cum gladio, cum sude, fuste, minis.  
Vobiscum media residens ego semper in arce,  
Ad populum feci uerba sacrata pium:  
Nec me quisq; tamen uertuit strictis ue docentem  
Aut tenuit uincis, ulla ue damna dedit:  
Sed iam summa dies, et ineluctabilis hora,  
Qua sitis est uobis dura leuanda, uenit.  
Tunc omnes socij, Christo post terga relicto,  
Et fugiunt celeres, antraq; tecla fouent.  
Vnus at ex numero iuuenis se ponè ferebat,  
Cui tenera stratum sindone corpus erat:  
Hunc pueri, tantum pugnæ simulacra cientes,  
Se fingunt timido uelle parare iugum.

## 56 DE PASSIONE CHRISTI

Ille autem linquens mollem, quem portat amictum,  
Terga dat, & nudo corpore lapsus abit.

## ELEGIA XIII.

*Christus Saluator uinculus, ex horto ducitur ad Annam, summi pontificis sacerorum. Is de eius discipulis, doctrinaq; inquirit. Cum uero minus respondet Christus leniter, palmis a pontifice ministro uerberatur.*

IOAN. CAP. XVIII.

Cohors igitur, & tribunus, ac ministri  
Iudeorum comprehendenterunt IESVM, &  
ligauerunt, & abduxerunt eum ad Annam  
primum, &c.

**T**onfa cohors ergo patrum, plebisq; tribunus  
Captiui religant brachia pressa ducis,  
Ad sedemq; trahunt magnis clamoribus Ann.e,  
Cui sacro est Caiphæ filia iuncta thoro.  
Is uero Caiphas, grauior canentibus annis,  
Has dederat uoces, consiliumq; prius:  
Pro populo satius, toto moriatur ut unus,  
Qui ferat amissæ munera pacis, homo.  
Ne gens nostra luat peccatas cum stirpe, per illud  
Hebræumq; genus concidat omne, nefas.  
Ut uidit senior, multa gravitate uerendus,  
Celsus ab aurata plurima fede rogat.  
Que doctrina uiro, que lex ratioq; docendi,  
Qui socij: quo nam cum grege septus eat.

Huic

Huic autem Dominus leto sic corde rogati  
 Intrepidò è uincis edidit ore suis:  
 Ipse palam mundo clara sum uoce locutus  
 Omnia, per uicos, oppida, templa, scholas:  
 Nec mea per strepuit tacito uox murmure quicquam  
 Per loca, quæ lumen non bene ferre queant.  
 Quid me quæso rogas? illa est tibi turba roganda,  
 Me sacra quæ presens uerba docente, fuit.  
 Hæc, ego cum docui, patulas mihi prebuit aures:  
 Hæc, ego quæ docui, cuncta referre potest.  
 Talia dum Christus uerbis non mollibus usus,  
 Ante grauem loquitur, commemoratq; senem:  
 In faciem seruus dextra ruit aulicus acri,  
 Læsijs cum tali percutit ora sono:  
 Tunc sacerdoti summo captiue, superba  
 Sic audes posito uerba, pudore loqui?  
 Illi continuò reddit Deus: Argue crimen,  
 Et male si quicquam decidit ore, proba.  
 At bene si dixi, nec sum, nisi iusta locutus,  
 Innocuas scuo cur petis ungue genas?  
 Post hæc ipse Deum, manibus post terga reuinclis  
 Ad generi misit testa superba socer.

## ELEGIA X I I I .

Christus Saluator ab Anna, ad Caipham, poni: sicut maxime  
 dicitur. Vbi in eum falsi & calumniosi testes pro-  
 ducentur: & suam confessus diuinitatem, capit us condemnatur.  
 ab omnibusq; ludibrio habetur.

## 58 DE PASSIONE CHRISTI

MATTH. CAP. XXVI.

Illi comprehensum IESVM duxerunt  
ad Caipham principem sacerdotum, ubi  
scribæ & seniores cōuenerant: & quare-  
bant falsum, &c.

**I**nde sed ad tristes Caiphæ deducitur ædes,  
Pontificum princeps qui uenerandus erat.  
Illiū ad tectum tota legione uocatus  
Scribarum & procerum uenerat ordo prius.  
Friuola concinnant linguis mendacibus omnes,  
Ut falso Dominum uincere teste queant.  
Nec tamen ulla datur ratio, uel causa, cruenta  
Qua possint auidas tingere cæde manus.  
Et quamvis prodat cum largo crimine testis  
Plurimus, & seu mordet ore uirum:  
Nil tamen est reliquum fraudis, nil criminis usq[ue]:  
Sed uenit ante suum falsa querela diem.  
Tandem profiliunt duo ficto crimine testis,  
Et paribus memorant talia uerba sonis:  
Has ille ipse dedit uoces: A' sedibus imis  
Hæc me sacra domus disjiciente ruet.  
Et tribus exactis, Phœbo labente, diebus,  
Per mea nobilius numina surget opus.  
Tunc Caiphas surgens solio sublimis eburno,  
Alloquitur lingua sic petulante reum:  
Nil adeò profers? cur non enormia uerbis

Dilutis,

Diluis, et dici crimina uera, negas?  
Ille nihil: nec enim contra mendacia certat  
Fruola, nec testi uerba proterua sonat.  
Ergo sacerdotum princeps iubet edere porrò,  
Cuius amet dici conditionis homo.  
Per te, numen att Patris, qui si dera fulcit  
Testor, et in uiui nomine iuro Dei,  
Ut fateāre palam nobis, tunè ille Redemptor  
Orbis, et aeterni filius ille Patris?  
Huic placidè cōptus: Tu dici: et ista prop̄b̄ta  
Quæ loqueris multo pondere uerba cadunt.  
Nam ueniet tempus, nec iam mora longior obstat,  
Quo Patris à dextra conspiciendus ero:  
Quando poli fulgens liquidis in nubibus, omnes  
Ad solium gentes ipse uocabo meum.  
Talibus auditis scissas à pectore uestis  
Diripit, et lingua præco minante refert:  
Non opus est nunc teste, palam scelus ipse fatetur:  
Impia iam uiuum soluit in ora Deum.  
Audistis, quæ sit d̄rē petulantia lingue:  
Dicite, quid uobis esse uidetur opus?  
Turba furens animis: Mortem ferat, ocyus inquit;  
Iste dolor nobis morte piandus erit.  
Pars miseri faciem deducto conspuit ore,  
Percussum rigido pars ferit ungue caput.  
Crebra manus pulsans errat caua tempora circum,  
Subq; graui facies uerberc tota crepat.  
Et falsa

60 DE PASSIONE CHRISTI  
Et falsa sic uoce rogam: Age differe Christe,  
Quis tua qui duras tendit in ora manus?

ELEGIA XV.

Petrus Apostolus in domo Caipha ter Christum abnegat. Post quem lapsum memoria repetens ea, quorum an-  
te a suo Magistro erat admonitus, ex atrio Pontificis discedit: & miserum casum, in quem incidit, cum animis acerbo  
dolore sui deplorat.

LUCAE CAP. XXII.

Petrus uero sequebatur eminus. Cum autem accendissent ignem in medio aulae, atq; una consedissent, sedit una, &c.

**A**T senior, cui cuncta potes predixerat ante,  
Quae sibi uentura nocte parata forent:  
Pone subit, captumq; means obseruat amicum,  
Quo subeat turba cum rapiente miser.

Forsan at ignis erat, media succensus in aula,

Qui Boreæ frigus pelleret acre uiris:

Et iuxta stabant famuli, mistisq; fouebant

Frigida suscepto membra calore, iocis.

Huc etiam Petrus, fidi per munera fratris

Transit, ubi limen pontificale subit.

Quem cum serua uidet custos, inimica leuare

Frigora, & algentes igne fouere manus:

Illiis in uultus, oculis desixa tuetur:

Et scelerum confors hic homo, clamat, erat.

Ipsa sed ad uocem subita formidine totus

Pallet,

Pallet, & hoc notum pernegat ore D E V N:

Non illum noui mulier, nec cernere possum,

Quò tendas uerbis imperiosa tuis.

Sic negat, & pariter teclis se promere tentat:

Ante fores, posset quò minor esse metus.

Hic alius dum cernit eum, uultuq; tuctur:

Vnus es infesto de grege frater, ait.

Huic iterum Cephas: Non sum, mihi parce fatenti:

Non ego, qui simulor, sum comes huius, homo.

Sed breue post tempus, non plena longius hora,

Cum gens suspectum deseruisset opus.

Vnus ait rursum, Malcho notissimus, aurem

Abstulerat fido cui Petrus ense suam:

Hic uerè comes huius erat, Galileus: & illud

Discordi, loquitur, que in strepit ore, sonus.

Tunc Petrus hoc diris sese uouet, ore locutus:

Non scio, quid dicas: nec mihi notus erat.

Dum loquitur, gallus plaudens crepitantibus aliis

Rauca sub excelsa culmine signa canit:

Conuersoq; D E V S componens lumina uultus,

Ipsum animo Petrum commiserante uidet.

Ille recordari coepit sermonis I E S U,

Quod sibi fatidico dixerat antè sono:

Non prius in celsis resonabit carmine teclis,

Quae uolucris tardum prouocat ore diem:

Quam mea constanti iurans ter uoce negabis

Nomina, discipulo nota fuisse tibi.

Egref-

62 DE PASSIONE CHRISTI  
Egressusq; foras, lachrymis se tristibus implet,  
Veraq; mordacis signa doloris habet.

ELEGIA XVI.

Iudas miserrimus, facti sui pœnitens, pecuniam quam  
acceptit reportat: & abiecit omni spe, laqueo uitæ sibi finit.  
Proq; illa cruenta qua Christus uenditus est pecunia, ager  
ad sepulturam peregrinorum comparatur.

MATTH. CAP. XXVII.

Tunc uidens Iudas, qui eum prodidit  
rat, quod damnatus esset, pœnitentia du-  
ctus, reculit triginta argenteos, &c.

**I**N felix autem Iudas ubi uidit, IESVM  
Immeriti factum funeris esse reum:  
Ipse suum condemnat opus, crimenq; fatetur,  
Et patitur manus corde furente suos.  
Nec mora sit, sacri remeans ad limina templi,  
Impia funesta proiicit æra manu:  
Commissumq; nefas culpat, sicq; ore malignos  
Vociferans scribas, pontificesq; monet:  
Ab ego peccavi, cæco qui perditus ære,  
Proditor innocui sanguinis esse tuli.  
Conciliij patres referunt: Tu uideris istud:  
Sollicitat porro nos tua causa nihil.  
Ille igitur quando sacram contiecit in ædem  
Argentum, sceleris dona maligna sui:  
Cæcus abit, fugiensq; informi guttura nodo  
Implicat: & celsa de trabe nexus, obit.

Suspecto

LIBER SECUNDVS. 63

Suspensusq; crepat, ruptis in corpore membris,  
Et sua per foedum iuiscera spargit agrum.  
At proceres, atq; unda cohors ubi reddidit æra,  
Heu miseræ Iudas conditionis homo:  
Sic referunt: Illud, precium est quia sanguinis, aurum  
Non sacra sub templi condere dona licet.  
Consilijsq; datis, figuli mercantur agellum,  
Ponat ubi tumulos gens peregrina suos.  
Vnde ager ille, suo campus cognomine dici  
Sanguinis, hoc nostrum tempus ad usq; solet.  
Tunc completa pijs sunt hæc mysteria uatis,  
Talia qui multos edidit ante dies:  
Triginta rapuere minas, quibus æstimor ipse,  
Venditus à gnatis serue Iacobe tuis.  
Proq; ampio figuli posuerunt iugere, summus  
Constituit Dominus sicut & antè mihi

ELEGIA XVII.

Christus Salvator concilij Ecclesiastici sententij damna-  
tur, ducitur ad Pilatum præsidem Romanum: & perducl-  
lioni, ac profanitatis coram ipso, qui cuiuslibet gerebat magi-  
stratum, accusatur.

IOAN. CAP. XVIII.

Ducunt ergo IESVM à Caipha in præ-  
torium: erat autem manè, &c.

ET LVCAS CAP. XXIII.

Cœperūt autē illū accusare, dicētes: Hūc  
deprehendimus euertentem gétem, &c.

Altera

**A**ltera iam mundo croceis aurora capillis  
 Fulserat, & fessos luna leuaret equos:  
 Imbellem proceres Christum, grauiterq; ligatum  
 Præsidis ad limen iudiciale trahunt.  
 Ipsi autem, respersa domus ne sanguine quenquam  
 Pollueret, turpes non adiere fores:  
 Sed pura uoluere manu, castoq; timore,  
 Fercula paschalis sumere grata cibi.  
 Romulides igitur iuuenium stipante corona,  
 Egreditur sumptis fascibus, ante fores.  
**T**um sic orsus ait: Sontem quo crimine fertis?  
 Aut quibus hic noxis insimulatur homo?  
**Q**ui contrâ: Si non nocuus, nec perditus esjet,  
 Ante tuum ductus non foret ille thronum. (te:  
 Fortis ad hæc præses: Rapite huc, rapite ergo nocē-  
 Et sine, pro uestra lege necate, mora.  
**I**lli iterum: Dulci nobis excludere uita  
 Commerita quenquam non modò morte licet.  
 Sic fuit impletus sermo, quem dixerat olim,  
 Significans mortis uimq; genusq; suæ.  
**P**ost hæc Pontifices moniti, per crimina multa  
 Cœperunt uarijs dilacerare modis:  
**H**ic noua bella mouet, pacis uiolator & hostis,  
 Et scelus infandæ seditionis habet:  
**Q**uin & Cæsaribus reprobo sua derogat ore,  
 A populoq; dari prisca tributa uetat.  
**Q**uodq; fide maius, paſſim se fingere regem  
Audet,

Audet, ex hac plebem fascinat arte uagam.  
Pontius haec postquam sensit, sub tecta recedit:

Et stans ante uaga mente tribunal, ait:  
Tu' ne precor, mihi pande uolens, rex ille, per orbē

Nomen ab Hebræa qui sibi gente parit?

Captus ait: Vox hæc primum tibi nata uel huius

Qui dederit causam prævius alter habet?

Cui citò Romanus: Patriæ num gloria stirpis

A mihi Iudeo sanguine missa uenit?

Pontifices, populusq; tuus, plebisq; magistri

Te mihi dant: meritæ quæ tibi causa necis?

Reddit ad hæc Christus: Non est mea regia sedes,

Quæ famula mundi tutæ sit huius ope.

Si foret ex mundo, mea gens prohiberet, ut isti

In iuso fierem grata rapina gregi.

Sed mea quæ teneo longè sunt altera regna:

Et mihi non ista conditione uigent.

Romulus huic: Ergo regem te dicis? I E S V S.

Tale gera nomen te tribuente, refert.

Natus in hoc ueni, nunc & uitalibus auris

Perfruor, ut ueri testis ubiq; ferar.

Quisquis amat uerum, ueri studiosus & author,

Sermonem facili percipit aure meum.

Hinc Pilatus ait ridens: Rex queso miselle,

Quid tibi sub ueri nomine, Christe, uenit?

Hæc fatus, scribas repetens, & saxea corda

His animum dictis explicat ipse suum:

## 66 DE PASSIONE CHRISTI

Hunc ego comperio uitij, quod singitis ultrò,  
Et sceleris uerè nullius esse reum.

## ELEGIA XVIII.

*Christus Salvator iussu Pilati dicitur ad Herodē Antipam, Galilee tetracham, cuius libidini cùm non uult gratulari, ueste byssina induitum, & ut ludio aut præstigiator esset, illusum, suo cum præsidi remittit.*

## LVCAE CAP. XXIII.

At illi inualescebant, dicentes: Com-  
mouet populum, docens per uniuersam  
Iudæam, exorsus à Galilæa usq; ad hunc  
locum, &c.

**D**ixerat Ausonius præco: sed restitit ipsi  
Cæca repentina turba furore magis.  
Ille, boant, nostras turbator suscitat urbes,  
Et uarium belli crimen ubiq; serit:  
Doctrinamq; suam Iudea per oppida spargit,  
Principium segnis cui Galilæa dedit.  
Romuleus uerò Iudex, natalia quando  
Arua Palæstinum percipit esse solum:  
Voce rogit placida, dicat, quo sanguine cretum  
Se memoret? ciuis num Galileus eat?  
Vtq; agnoscit, eum primorum ferre parentum  
Herodis tenues è ditione lares.  
Mittit Idumæo captum: nam callidus heros  
In Solymis isto tempore forsitan erat.  
Ille ubi confexit tantum sibi nomine notum,

Condi-

Condidit in tacito gaudia multa sinu.  
 Namq; audius dum fuerat, cupidusq; petebat,  
     Lumina cantati cernere uera ducis.  
 Et spes semper adhuc animum pascebatur inanis,  
     Magna quod à Christo signa uidenda forent.  
 Ergo uafer multis querit sermonibus illum,  
     Et partem uarijs tentat utramq; dolis.  
 Nil uero contra Dominus, sed inutilis haereti:  
     Linguaq; non natos deuorat usq; sonos.  
 Interea ficto non parcit crimine linguae,  
     Sed uarijs carpit gens inimica dolis.  
 Et rex magnanimus, quoniam responda negatur,  
     De Christo ferri qualia posse putat.  
 Respuit abiectum spurco cum milite, regis  
     Splendida quos pingues educat aula suæ.  
 Illusumq; debinc, ex amictum uestibus albis,  
     Ad teatrum reddi præsidiale iubet.  
 Hæc lux prima fuit, ueterem que sustulit iram,  
     Quam cum uulpe ferox gesserat antè leo.  
 Nam prius ardebat odijs immanibus ambo:  
     Vnde similitatis causa latentis erat.  
 Pontius ut redi uinctum sibi conspicit hostem,  
     Curis, quas posuit, carpitur, antè nouis.  
 Crudelesq; uocat proceres, ex mobile uulcus,  
     Atq; ita non uerbis lenibus usus, ait:  
 Hunc mihi duxisti miserum, quasi pace quietum  
     Turbata populum seditionis agat,

## 68 DE PASSIONE CHRISTI

Omnia quæsiui uobis præsentibus: huius  
 Sed nullum video crimen adesse mali.  
 Insuper Herodi, cuius modò uenit ab aula,  
 Nulla fuit dignæ causa uidenda necis.  
 Nil adeò restat, nil dignum morte repertum,  
 Nec mihi, nec reliquis, quos uidet ipse, uiris.  
 Ergo prius cæsus loris, mihi liber abibit,  
 Fiat ut hac, crimen nam leue, parte satis.

## ELEGIA XIX.

*Christus Salvator ab Herode reductus ad Pilatum, latroni facinoroso plebis cōcilio posthabetur. Index hoc est Pilatus ab uxore sua monetur, ne contra innocentem sanguinem ferat sententiam. Sed clamore plebis promiscuæ, iuroreq; Pontificum uictus, manus abluit, & in necem Christi consentit.*

MATTH. CAP. XXIII.

In festo autem consueuerat Præses turbæ dimittere unum uinctum, quem uiuisserent. Habebat autem tunc, &c.

**I**N sacris autem cæsi Paschalibus agni,  
 Quæ sacra gens magna cum pietate colit:  
 Præses erat solitus quandam dimittere uinctum,  
 Quem petiit uotis subdita turba suis.

At tunc festa sub hac ortæ celeberrima Paschæ,  
 In cæco Barhabas carcere clausus erat.

Qui pulcram uiolans pacem, per crimina fuso  
 Imbuerat tepidas sanguine latro manus.

Vnde nefas propter tantum circundata collo

Vita

Vincula, non ipsi dulce gerebat onus.  
Collectis ergo patribus, turbæq; uocatæ  
Hoc iudex memorans Pontius ore refert:  
Quem uultis, populi, cæco me carcere uobis  
Soluere: num Barhabas dissoluendus erit?  
Vester an ista magis uobis solennia Christus  
Exigat, hac liber conditione datus?  
Norat enim, duri misero quod causa fuisse  
Carceris, offensi liuor & ira gregis.  
Cumq; tribunali nixus fulgente resedit,  
Arbiter ut facilis triste subiret onus:  
Ad solium coniux famulum perterrita mittit;  
Atq; hoc impositi muneris ore monet:  
Parce tuas scelerare manus uir, sanguine iusti  
Illijs, & nostrum commaculare genus.  
Namq; hodie, trucibus somni male territa uisis,  
Ipsius ob causam tristia multa tuli.  
At scribæ, noua cura nouum quibus oſibus ignem  
Implicat, & rursum multa timere iubet:  
Persuadent turbæ, perfusis crimine uerbis,  
Ut uoto Barhabam conueniente legant:  
Pilatumq; rogent, merita ut per funera pressus  
Ad Stygias Christus præcipitetur aquas.  
Romanus tunc rector ait: Qui poscitur ergo,  
Liber ut ex istis latro duobus eat:  
At populus contrâ, longè mutatus ab illo,  
Clamitat: Hoc Barhabam munus habere decet.

## 70 DE PASSIONE CHRISTI

Præses ait: Quid nam misero faciemus IESV,

Maxima qui dictus nomina Christus habet?

Gens infesta, patrum subito conuersa furore,

In cruce fige, sonant: in cruce fige reum.

Tristis ad hæc prætor: Sed enim quæ crimina fecit?

Quæ crucibus rapuit digna libido uirum?

Inuida plebs contrà: Sontem crucifige: nocentem

Fige cruci, cohibe, deprime, tolle, ncca.

Ausonius uero iudex ubi deniq; uidit,

Velle suum Christum posse iuuare nihil:

Sed magis in cæca dubius quod gente tumultus

Surgat, & immensum quod sibi sumat onus:

Dat puros digitis latices, & rore madentes

Abstrgit, populo conficiente, manus.

Tum sic effatur paucis: Hoc flumine testor,

Sanguine quod iusti liber ab huius ero.

Vos autem, uos culpa manet, uos cernite: iusti

Non mihi, sed uobis poena luenda uenit.

Turba sonat: Nos iste cruor, nostramq; sequatur

Progeniem, nostrum uindicet iste genus.

Tunc Barhabam patiens uacuo de carcere soluit:

Sed rabidis Christum tradit in ora lupis.

## ELEGIA XX.

Christus Saluator in pretorium duclus, à milite barbara  
uirgis ceditur, spinis coronatur, irridetur, confusitur. Pilatus  
laborat uehementer, ut uitæ cum periculo liberet. Sed fi-  
lio crimine lese Cesarea maiestatis permotus, tandem Christum  
ad occidendum tradit.

Tunc apprehendit Pilatus I E S V M, &  
flagellauit eum. Et milites plectentes coro-  
nam de spinis, imposuerunt capiti eius, &c.

**P**Residis hinc iussu Dominus, non amplius ille  
Iam dominus, turbæ militibusq; datur,  
Barbarus & lictor uirgis ipsum acribus urget:  
Tergaq; per lento liuida fasce crepat.  
Præterea nectens in acutam sertam coronam,  
Inprimis in fixum sanguinolenta, caput.  
Et gracili nudos tunica superinduit artus,  
Quæ bene Sidonio murice tincta rubet.  
Quodq; loco sceptri fertur regalis, I E S V  
Longa cruentatas implet arundo manus.  
Post uno nixi subsidunt poplite, tali  
Cum sonitu: Nostræ rex age gentis aue.  
Squalentemq; lauant faciem, conduntq; saliuis,  
Pressaq; libratis unguibus ora notant.  
Hec ubi transagit dermens ludibria miles,  
Alloquitur tali Pontius ore patres:  
En uobis ipsum, totum cui sanguine corpus  
Incoquitur, uestros ante reduco pedes:  
Cernere quo liceat, meritæ quod cuncta tuenti  
Nulla mihi fuerit causa reperta necis.  
Prodijt ergo foras, redimitus tempora seruo,  
Materies fentes aspera cuius erant.

## 72 DE PASSIONE CHRISTI

Purpureamq; gerit uestim, chlamydemq; rubente,  
Ludicra quæ turpis signa pudoris habet.

Hic ita Pilatus furiosis dicit Hebreis:

En, sua cui nusquam forma uirilis, homo.

Ast ubi non sani scribæ, patresq; nefandi,

Pontifices rabidi, gensq; maligna uident:

Vocibus inclamat quasi conspirantibus omnes:

Fige cruci: repetunt: Hunc crucifige reum.

Remus ait contra: Vos hunc uos ergo nocentem

Tollite, pro uestro figite more cruci,

Nam mihi res nulla est, fuso cur sanguine mortem

Perferat: ex merito poenaq; nulla uenit.

Gens scelerata refert: Nobis lex clara superstes

Permanet, antiqui quam tenuere patres.

Hæc uero damnat mortis, fixumq; necandus

Arbitrium ex merito legis ob huius erit.

Nam se mentiri regem, magnumq; Tonantem

Non timuit patrem disimulare suum.

Talis ubi sermo Pilati uerberat aures,

Mens cadit, & grauior pectora terror adit.

Iudicij petit ergo locum, sedemq; scueram:

Et pauida Christum talia mente roget:

Vnde genus ducis? pater est quo sanguine cretus?

Vnde suæ matri stirpis origo uenit?

Sed retinet uocem captus, monitusq; secundo,

Non agit alternas, quas petit ille, uices.

Præses ait: Cur lente taces? an præterit ergo,

Quod

## LIBER SECUNDVS.

73

Quod mihi sint uite iura, necisq; tuæ?  
 Excipit his captus: Nostrî tibi firma potestas  
 Funeris aut uite nulla relicta foret:  
 Si tibi non tales de me laxaret habenas,  
 Qui supera magnus regnat in arce, Pater.  
 Propterea uinctum qui me tibi tradidit, ille  
 Maius in elato pectore crimen habet.  
 Ex illo secum Romanus tempore uite  
 Efflitti statuit consuluisse rei.  
 Sed furibuda cohors, demensq; reclamat Hebreus:  
 Non tibi, si mittes, Cæsar amicus erit.  
 Nam qui se regem gerit, et se nomine uendit  
 Cæsareo, contra Cæsaris arma facit.  
 Audijt has postquam uoces, perterritus hæsit  
 Pontius, et toto pallidus ore stetit.  
 Inde soras multo rorantem sanguine Christum  
 Dicit: et excuso considerat ipse loco.  
 Hanc Graius sedem de stratis sermo lapillis,  
 Gabbatha deq; iugis lingua sacrata uocat.  
 Et iam tempus erat, quo cæsum præparat agnum,  
 Hebreum populo conueniente genus.  
 Nonaq; crescentis iam uenerat hora diei,  
 Quando ferè medium sol tenet altus iter,  
 Romulides autem structa sublimis in aula  
 Sic loquitur: Vester rex miser ecce, uiri.  
 Gens infesta resert: Ligno suspende: meretur  
 Pendeat: hoc ipsi culpa luenda modo est,

## 74 DE PASSIONE CHRISTI

Prætor adhæc: An me uestrum crucifigere regem  
 Poscitis? hanc potuit commeruisse necem?  
 Pötifices iterum pingues, plebsq; improba clamat:  
 Non aliis nobis rex, nisi Cæsar erit.  
 Tunc igitur uicto rabidis, à præside turbis  
 Traditur, ut dirum perficiatur opus.

## ELEGIA XXI.

*Christus Saluator unà cum alijs duobus profligatis, perditisq; latronibus ducitur ad supplicium. Simon Cyrenensis opem ei ferre in cruce portanda cogitur. Matronis Hierosolomitanis cù lachrymis & squalore se consequentibus, Christus de ipsorum imminentे calamitate concionatur.*

## LVCAE CAP. XXII.

Et cùm educerent eum, apprehendebunt Simonem quendam Cyrenensem, uenientem è rure, & imposuerunt, &c.

**T**anq; reus longis raptatus funibus, ibat  
 Ad niueum mortis supplicijq; locum.  
 Vrbe sed egressi uacua, gens barbara quendam  
 Repperit, è cultis qui ueniebat agris.  
 Nomen erat commune Simon: cui patria dulcis  
 Extiterat Libycis clara Cyrena plagis.  
 Hunc rapiunt, ponuntq; datum sub robur i e s v;  
 Informiq; adigunt subdere terga cruci.  
 Præcedit Dominus, sequitur quem mista iuuentus;  
 Et subit impletis tota caterua uijs.  
 At chorus indulgens matrum, mitesq; puellæ,

A spis

Aſpiciunt animo quæ miserante reum:  
Durius adductis feriunt ſua pectora palmis,  
Et lacrymas miſcent follicitantq; genas.  
Ad quas compoſitus miti Deus ore ſequentes,  
Hos peragit fidos uoce monente ſonos:  
Progenies urbis Solymæ, matresq; gementes,  
Quas mea conſpicio triftia crura ſequi:  
Ne lachrymate ſuper paſſis mea funera palmis,  
Me propter niueas ne laniate comas.  
Sed ueſtrum plorate malum: propterq; minores  
Fungantur lacrymis lumina ueſtra ſuis.  
Namq; dies uenient, & lamentabile tempus,  
Cum querula in ueſtrum uox cadet illa genus:  
O' felix ſterilis mulier, nurus o' electa,  
Quæ foetus utero ſemina nulla tulit.  
Quæq; nihil genuit, cui nullus paruulus unquam  
Uberibus tenero lac bibit ore ſuis.  
Tunc querule uafis clamabunt montibus: Aegras  
Nos ſuper immenſum præcipitate iugum.  
Vosq; humiles cliui, uos o' collesq; ſoluti,  
Nos ſine depressoſ contumulate mora.  
Namq; hæc in ligno uiridi, plenoq; uigoris  
Si pater, in ſupera qui ſedet arce, facit:  
Quid ſterili fiet trunko, ramoq; maligno,  
Aridus ignaua qui male ſirpe perit?  
Sic ait, & collem conſcendens præuius altum  
Golgatha cum socijs mœſta duobus adiit:

Atq;

76 DE PASSIONE CHRISTI  
Atq; onus in terram statuit, poenasq; sequentes,  
Non meritas, populo corripiente subit.

ELEGIA XXII.

Christus Salvator inter duos latrones crucis medius affigitur: pro inimicis orat: Diuam virginem Ioanni commendat. Pilatus inscriptionem, qua causa mortis complexa esti crucis annelicit. Eam Iudei emendari petunt. Sed ut id fieri à Preside non consequuntur.

IOAN. CAP. XIX.

Acceperunt autem i e s u m , & abduxerunt eum in locum, qui dicitur Caluaria, &c.

His uerbis Ioannis, unica periodus ex Luca cap. xxiiii. est adiecta,

V T primum tenuere locum, collemeq; supinū  
Quā satus humanis ossibus albet ager:  
Quem Latie dicunt propriè Caluaria Muse:  
Golgatha sed contrà lingua Pelasga uocat.  
Sacrilegi figunt ligno, binosq; latrones  
Ad geminum nectunt, constituuntq; latus.  
Ipse autem medius, scelerum ceu maximus author,  
Hæret, & in cœlum tendit inane manus.  
Et iam sublimi suspensus ab arbore, potus  
Felle prius, tales concipit ore preces:  
Care pater, poenas indulge criminis huius,  
Omnibus hoc pondus qui mihi grande parant.  
Immemores etenim facti, non cernere possunt,  
Quid

Quid faciant, tantum dum subiere nefas.  
Ausonius uero rector, patriaeq; necisq;  
Erexit titulos, imposuitq; trabi.  
Ipsius & manibus triplici ratione Quiritis  
His signata fuit parua tabella notis;  
Rex Iudeorum, famosus nomine I E S U S:  
Patria quem mundo Nazara clara tulit.  
Ista fuit multis, quos huc uia duxit euntes,  
Lecta sub excelso stipite causa necis.  
Namq; locus, misera tristes ubi morte luebant  
Supplicium, à portis non procul urbis erat.  
Et titulus stabat, triplici sermone legendus,  
Hebreis, Latijs, Argolicisq; notis.  
Pontifices autem, quorum noua cura remordet  
Pectora, Romano talia dicta ferunt:  
Non ita figendam ligno conscribe tabellam:  
Hebreis populo rex erat iste suo.  
At quia se finxit talem, & se regia dixit  
Nomina de nostra ducere gente sibi.  
Pontius ista refert: Quæ scripsi, scripta manebunt:  
Non renoco digitis uerba notata meis.  
Posthæc tota phalanx miseri uelamina Christi  
Diripit, & partes quattuor inde facit.  
Altera uestis erat, nexus non sutilis ullo:  
Sed fuit à summo texta per omne latus.  
Concordes igitur dicunt: Non apta securi est  
Hæc toga; nam membris hæret ubiq; suis.

Sed

78 DE PASSIONE CHRISTI

Sed potius ducta discamus sorte uolentes,

Tota uiri cuius debeat esse chlamys.

Vt rata uox esset, uatis quem talibus olim

Dauidis cecinit regia Musa sonis:

Exuuias rapuere meas, dulcemq; rapinam

Sorte sibi tunicam distribuere meam.

Hæc armata cohors, et uani prodigus oris,

In uiridi miles perficiebat agro.

Virgo parens autem, positis sine lege capillis,

Stabat in erectam lumine fixa trabem.

Huic aderant comites pia Martha, sororq; Maria;

Quæq; fuit coniunx ægra Cleopha tibi.

Ergo ubi uidisset miseram propè stare parentem,

Præ reliquis carum discipulumq; D E V S :

Luminibus dulcem respondens fixus amorem,

Sic sine materno nomine, pauca referit:

Ecce tuus mulier natus, nunc alter ab isto

Qui debet carus filius esse tibi.

Mollibus hinc dulcem uerbis affatur alumnus,

Quem uidet ad tristem se posuisse crucem:

Hæc tibi mater erit, iuuensis tua cuius amorent

Vt seruet pietas officiosa, precor.

Et pius ex illa dilectam filius hora

Accipiens, prompta fouit ubiq; manu.

ELEGIA XXIII.

Christus Salvator in cruce ab omnibus omnium ordinis  
hominiis, connicij laceratur. Latro, qui à sinistra parte  
de ga-

*de gallo pendet, in peccatis suis usq; ad mortem perseverat:  
alier, qui à dextra, conuersus, à Christo in heredem uite a-  
ternæ adoptatur.*

## MATTH. CAP. XXVII.

Prætereuntes autem conuicia iaciebāt  
in eum, &c.

## BT LVCAE CAP. XXII.

Vnus autem, qui erant suspensi, facino-  
rōrum conuicia dicebat in eum, &c.

**Q**ui uero populus iuxta descēdit, & altum  
Ad Craniū, celebri tramite carpit iter:  
Criminibus mordet grauibus, Christiq; relictis  
Ponit in inuisum plurima dira caput.  
Vertice pars moto uerbis petulantibus urget  
Innocuum, & tales ejicit ore sonos:  
Vah tu' ne ille, sacras templi qui destruis ædes,  
In triduoq; nouum condis inermis opus.  
Tu tibi te serua, proprij miserate laboris,  
Tu certa dubijs consule rebus ope.  
Si cœlo missus uenias, si certa Tonantis  
Progenies, duram nunc age linque crucem.  
Nec se pontifices inhibent, sed talibus ultrā  
Cum stolida pergunt lædere gente miniss:  
Eripuit reliquos læti de faucibus olim,  
Et potuit certæ ferre salutis opem:  
Nec proprium tristi corpus subducere pœna,

Nec

80 DE PASSIONE CHRISTI

Nec sibi, cuius eget, tutor adesse potest.  
Si rex Isacidæ gentis, si illa inclyta proles,  
Quæ mare, quæ terras, quæ regit astra patris:  
Nunc agat aerio ligni se robore soluat:  
Et fuerit nobis indita certa fides.  
Confidit supero regi: nunc liberet ipsum,  
Si uelit, & uacuam non sinat esse fidem.  
Namq; genus celso sese mentitur Olympo  
Ducere, cœlesti de genitore satum.  
Sic unus latro, qui leua à parte per auras  
Pendet, in hæc etiam uerba proterua ruit:  
Si tu numen habes, si Christus es ille redemptor,  
Affere te tantis, nostraq; corda malis.  
Sed referens alter propior cui dextera Christi  
Imminet, hoc fratrem corrigit ore suum:  
Nec tu sœue times conuerso corde Tonantem,  
Par quoniam fatum suppliciumq; luis:  
Nos ista merita poenas cruce pendimus ambo:  
Nam data sunt meritis præmia digna suis.  
At nihil ille bonus meruit, qui criminis gentis  
Proditus, hæc insons tristia damna subit.  
Hæc ubi pauca dedit, uersus sua limina figit,  
Et placidam à Christo talibus orat opem:  
Respic me pie Christe: mei bone Christe memento:  
In regnum quando ueneris ipse tuum.  
Annuit, & uerbis ipsum dignatus amicis,  
Sic miseri diuus spem iubet esse ratam:

VII

Vera loquor, iunctos hac luce ille aureus hortus  
Purpureo accipiet nos paradisus agro.

## ELEGIA XXXIV.

De morte Christi saluatoris, & iis miraculis que eam  
& antecesserunt, & communica cum ea fuerunt, & eam pau-  
lo post sunt consequita.

MATTH. CAP. XXVII.

A' sexta autē hora tenebræ factæ sunt  
super uniuersam terram, &c.

His ex cap. xx. Ioannis pauca sunt ad-  
dita.

Iam seruens ibat medio sol aureus orbe,  
Inq; pari spacio uester & ortus erant:  
Pallentes uenient tenebre, rebusq; colorem  
Plurima nox tenebris fuscat oborta suum.  
Mæsta pios condit uultus Natura, quietus  
Sol latet, & Phœbe cæca, sub astra fugit.  
Nec citius pauido redierunt lumina mundo,  
Tertia post sextam quam dedit hora sonum.

Ut uero crepuit fugientis nona diei

Hora suum quando uestra tempus habet:  
Sic subito clamans erecto est stipe Christus,  
Hebræa patriam uoce precatur opem:  
O Deus alme, meus Deus: o Deus alme tulisti  
Cur sobolem lentus deseruisse tuam?  
Vulgus at indoctum, falsa quod percipit aure  
Talia, que gemitu uerba sequente sonat;

- f Ecce

## 82 DE PASSIONE CHRISTI

Ecce uocat, dicit, uatiq; inclamat Heliae,  
 Aetherea cuius spiritus arce manet.  
 Hic iterum, series futi quo firma maneret,  
 Arida Saluator me fitis, inquit, habet.  
 Continuo reliqua de plebe sine ordine currit  
 Miles, ut admotis imbribus ora riget.  
 Imbibit idcirco mordaces spongia succos,  
 Postea quæ Christo commadefacta datur.  
 Ut uero Dominus summo tenus attigit ore  
 Acria mordacis pocula saporis, ait:  
 Omnia nunc, ueterum quæcumq; uolumina uatum  
 Commemorant, iusta lege peracta scio.  
 Cætera plebs autem: Sinite, ut uideamus, Helias  
 Num ueniat, superi missus ab arce throni:  
 Num ueniat, uincisq; ipsum nexusq; solutis  
 Liberet, et tristri mandet abire iugo.  
 Post iterum magna cœlestem uoce parentem  
 Inuocat, et lingua uota sonante refert:  
 Hanc animam commendo tibi pater optime, fessam  
 Inq; tuas isto tempore pono manus.  
 His dictis, ceruix humeris allapsa recumbit,  
 Vitaq; deserto corpore missa fugit.  
 Ecce autem in summa templi mox panditur ara  
 Carbasus, in partes dilacerata duas.  
 Sub pedibus nutat tellus, raucumq; sub ima  
 Dans gemitum, trepido sede fragore tremit.  
 Marmoreæ querulo scinduntur murmure cautes,  
Atq;

Atq; humili sternit cætera uiua pauor.  
 Et ueterum monumenta patet, animæq; resurgunt,  
 Quas tenuit longo tempore lenta quies.  
 Egressæq; cuius sanctam de sedibus urbem  
 Introicunt, multis & pia uerba sonant.  
 Centurio uero fieri cum talia cernit,  
 Cum socijs motus militibusq; suis:  
 Intima quod subito concussæ uiscera terræ  
 Contremat, excelsa dum trabe Christus obit:  
 Subsistit, pauidusq; refert: Quem cernimus, iste  
 Vera Dei proles omnipotentis erat.

## ELEGIA XXV.

Milites duobus crura latronibus infringunt. Sed quia  
 Christus nita celerius decessit, ab eo abstinent: hastaq; tan-  
 tum latres eius pungunt, & infligunt ei uulnus, ex quo san-  
 quis aqua mixtus illico demanat.

IOAN. CAP. XIX.

Iudæi ergo, quoniam parascene erat,  
 ut non remanerent in cruce corpora sab-  
 batò (erat enim magnus dies ille sabba-  
 ti, &c.)

Sed proprius quia tempus erat, quo dedita sacrissimæ  
 Ocia, gens magnis, iussa diebus agit:  
 Corpora ne starent trabibus neglecta cruentis,  
 Quod lex in Veteri codice sacra uetat:  
 Iudei uenient Romani ad praesidis ædes,  
 Atq; uiris frangi crura minuta petunt.

*Vt cruce de uicta ponit abentia possint*

*Ossa, superiecto contumulanda solo.*

*Ergo turba ruunt permisso Præsidis, acri*

*Munus ut hoc præsent officiumq; manu.*

*Et primi in lento spirantis funere quassant,*

*Alteriusq; debinc tabida crura premunt.*

*Sed quia conspiciunt, oculos quodam morte grauatos*

*Clauerit, et teneat frigida membra Deus:*

*Non eius uiolant artus; pallentia miris*

*Nec minuunt longis fustibus ossa modis.*

*Ex ipsis ualida sed miles feruidus hasta*

*Irruit, et leuum per finit ire latus.*

*Missa uolat, ferroq; tepet, sanctumq; cruorem*

*Ebbit, et pectus uulnerat hasta cauum.*

*Protinus et largo saliens est uulnere Christi*

*Purpureus misto flumine sanguis abit.*

*Et qui uidit homo præsens hæc omnia, uerbi*

*Non dubium testem scilicet huius agit.*

*Et scimus, quod quæ loquitur sint uera: loquenti*

*Quæq; datur, nulli est deperitura fides.*

*Hæc ideo sunt facta, sacri quo pagina fati*

*Veridica euentus posset habere suos.*

*Quæ canit, Ossa quidem maclati nulla bidentis*

*Sit licitum dura comminuisse manu.*

*Atq; alibi rursum: Cernent, cui sanguine timida*

*Purpureo nudum foderit hasta latus.*

## ELEGIA XXVI.

*Christus Salvator in cruce pro humani generis salute  
mortuus, à Nicodemo phariseo, & Iosepho centurione hono-  
rificè sepelitur. Pontifices Hierosolomytani à Pilato impe-  
trant, ut sepulcrum ad triduum copijs muniatur ac feruerit.*

IOAN. CAP. XIX.

*Posthæc autem rogauit Pilatū Ioseph  
Arimathiensis, qui erat, &c.*

ET MATTH. CAP. XXVII.

*Postero autem die, quæ sequitur pa-  
rasceuem, &c.*

*P*ost, ubi deuexo se condere uellet Olympo  
Tardus in Hesperias Phœbus iturus aquas:  
Confestim Iosephus adest, & corpus I E S V  
Ambit, & ut liceat de trabe ferre, petit.  
Huic primas dederat cunas & luminis auræ,  
Clara Palæstini Arimathæa iugis.  
Et uir diues agri Solymæ, iustusq; Senator,  
Discipulusq; Dei non alienus erat.  
Mitis ubi turpi uacuum formidine iudex  
Audijt: ut tollat, quod petit ille finit.  
Post aliis sese promit Phariseus, I E S V  
Nocte, salutifera subditus antè fide.  
Ille ferens aloes pingue myrrhæq; liquorem,  
Præparat ad centum grandia dona libras.  
Accipiunt ergo defuncti corpus I E S V,

f 3 Et

## 86 DE PASSIONE CHRISTI

Et niuea inuoluunt sindone membra senes:  
**E**xequiasq; ferunt, succisq; liquentibus ungunt,  
     Quo solet Hebreus condere more suos.  
**S**ed uiridi iuxta uernans loca gramine, campus  
     Supplicij, celso monte uidendus erat.  
**I**lluc fissa nouum seruabat petra sepulcrum,  
     Qua nullus fuerat sede receptus homo.  
**H**uc igitur carus propter noua sabbata Christus  
     Ponitur, et grandis contegit ossa lapis.  
**P**ostera iamq; nouo spargebat lumine terras,  
     Roscida purpureum quæ facit ire diem:  
**S**olliciti redeunt proceres ad limina furtim  
     Præsidis, et tali murmura uoce strepunt:  
**N**on sumus immemores, populo quod dixerit iste,  
     Se post tres iterum surgere uelle dies.  
**E**rgo uiros adhibe cinctos, triduumq; iubeto  
     Ut uigili teneant obsidione locum.  
**N**e quando ueniant socij, rapiantq; sepulcro,  
     Atq; hec fama sequax in rude uulgas eat:  
**D**efunctus uita rediit ad luminis auras,  
     Et domita uictor uiuit, ut antè, nece.  
**V**nde recens populum turbet furor, ultima quando  
     Deterior fieret culpa priore magis.  
**R**emus ad hæc inquit, custos tribus ecce diebus,  
     Qui noua conseruet funera milles adest.  
**I**te, grauis quo cura uocat, uigilesq; sepulcro  
     Ponite, defuncti clausa quod ossa tegit.

Acces-

Accelerant illi tumulo, circumq; locatis  
Militibus, signis addita saxa notant.

FINIS SECUNDI  
libri.

HISTORIAE SA-  
CRAE DE GLORIOSA  
Christi Saluatoris resurrectione à  
mortuis. De ascensu eius ad cœlos,  
de cœp missio & effuso Spiritu san-  
cto in Apostolos:

LIBER TERTIVS.

ELEGIA I.

*Christus Saluator iuxta Scripturæ testimonia, die tertio  
à morte gloriose resurgit. Eiusq; resurrectio per angelos tri-  
bus primum mulierculis, Maria Magdalena, Maria Iaco-  
bi, Salomeq; denunciatur.*

MARCI CAP. XVI.

Cum præterijset sabbatū, Maria Mag-  
dalena, ac Maria Iacobi, & Salome eme-  
runt aromata, ut ueniret & ungeret, &c.



HOEBVS in æquoreas ubi sabbata  
merserat undas,  
Et noua sperata lux foret orta  
dic:

f 4

Connec-

Conueniunt Madalena soror, coniuxq; Iacobi:

Ac gemina mater prole dicata D E O,

Nec mora, collectis mercantur aromata nummis;

Vnde uigor semper gratus & almus abit.

Scilicet ut succis Christum spirantibus ungant,

Et gratae tumulis debita iusta ferant.

Iamq; ubi uix primis aurora erumpere signis

Inciperet, claro flaua uidenda polo:

Ad Christi properat triplices monumenta sorores,

Et paribus miscent talia uerba sonis:

Ah queso, dicunt, tecli quis ab ore sepulcri

Voluerit ad mota grandia saxa manu?

Vt uero propius subeunt, tumuloq; propinquant,

Sedibus agnoscunt saxa reuulsa suis.

Saxa remota suis agnoscunt sedibus esse,

Tristia quae magno pondere busta premunt.

Ad properant illæ cursu, soueamq; subintrant,

In qua dulcis erat conditus ante D E V S.

Hic iuuenem aspiciunt, quales habet arduus æther,

Cui gelidum præbet marmor inane thorum.

Cincta tegit corpus stola candida, candida uestis,

Aemula cui posset cedere forma niuis.

Matribus extemplò soluuntur frigore membra:

Mens abit, & socias tres pauor unus habet.

Tunc igitur cupiens trepidas placare puellas

Aliger, his soluit letior ore sonis:

O' animos moestæ letos reuocate sorores;

O' uacuo pauidum soluite corde metum:  
 Queritis hic uestrū res est mihi cognita, i.e s v m,  
 Qui cruce de celsa triste pependit onus:  
 Surrexit, super eaq; iterum nunc uescitur aura:  
 E' gelidaq; D E V S membra leuauit humo.  
 Ecce locus, locus ecce piē mea cura pueræ,  
 Corpus ubi clausum deficientis erat.  
 Sed properate tamen celeres, & talia fesso  
 Quæ moneo, fratrum commemorate choro,  
 In primis autem cunctanti dicit̄ Petro,  
 Cuius habet dudum pectora fessa tremor.  
 Sicut enim dixit: Tyrias præcedet in oras,  
 Victor ubi uobis conspiciendus erit,  
 His diclis, Galilea uiam per rura sequuntur,  
 Nudantes celeri terga relicta fugæ.  
 Nam trepidas timor acer agit, multumq; fatigat,  
 Assidue pulsat qui uaga corda metus:  
 Inq; uia nulli, mentem uis acrior urget,  
 Quæ fuerint, audent, dicere uisa sibi.

## ELEGIA II.

Milites, qui ad custodiendū Christi sepulcri cōstituti sunt,  
 omnia quæ acciderint, ad Pontifices referūt. Sed corrupti pe-  
 cum, a tacent, & celant ea quæ anteā præ se ferebant.

M A T T H. C A P. X X V I I I .

Cūm abijllent mulieres, ecce quidam è  
 custodibus uenerunt in ciuitatem, ac re-  
 nunciarunt principibus sacerdotum, &c.

f s At dum

## 90 DE RESVRREC. CHRISTI

At dum Sidoniæ iussas regionis ad oras

Fœminei properat turba pusilla chori:

Ecce ruunt, terrentq; nouis rumoribus urbem,

Qui Domini seruant credita busta uiri.

Attonitiq; canunt paßim miracula rerum

Scribarum, imido pontificumq; gregi.

Vt dederit gemitum subitis exterrita tellus

Motibus, ut pulso sit tremefacta loco.

Ali ger hos inter strepitus ut lapsus Olympos,

Impulerit forti saxa uoluta manu.

Vtq; gradum reuocans, super as remeārit ad auram,

Et dederit uictor signa stupenda, D E V S .

Talia perculsi referunt, causamq; recensent,

Deserta teneant cur statione fugam?

Interea proceres coēunt, patresq; coacti

Confilijs agitant uerba relata nouis:

Muneribusq; uiros superant, et parcere famæ,

Sicq; alios empta fallere uoce iubent:

Fortè sopor nobis dum fessos occupat artus,

Lumina dum mollis claudit operta quies:

Discipuli ueniunt tacitæ sub tempora noctis,

Incusq; diripiuntq; locum.

Sic memorate: Nihil pariet discriminis ille

Sermo, nec hinc ulla est causa futura mali.

Et si fortè aliquis uacuas ad præsidis eures

Auditos memori deferet ore sonos:

Aere dato celeres ipsum placabimus, ultrò

Vt s̄

Vt facilem nobis discat habere fidem.  
 Ergo compositi uigiles data dona ferentes,  
 Vt proceres ipsos edocuere, silent:  
 Rumoresq; premunt taciti, famamq; recondunt,  
 Vrbe fore tota quam seruere prius.  
 Ille dehinc sermo Iudea per oppida paſſim  
 Serpuit, in hunc iſpis cognitus usq; diem.

## ELEGIA III.

Petrus & Ioannes apostoli, ad sepulcrum Christi und  
 accurrunt, eiusq; sudarium, ac linteum reperiunt: unde pla  
 ne colligunt, & sibi persuadent, eum à mortuis resurrexisse.

IOAN. CAP. XX.

Vno uero die Sabbatorum Maria Mag  
 dalena uenit manè, cùm adhuc tenebras  
 essent, ad monumentum, &c.

**T**empus erat, quo prima redit, mundumq; fa  
 Flava pruinoſo que uehit axe diē: clutat,  
 Luce sacra Madalena foror, cùm sola redibat  
 Ad Domini posito grata sepulcra metu.  
 Ast ubi confexit, gelidi quo limina busti  
 Clauerat, amotis pondus abesse seris:  
 Mœsta domum redijt, & caris fratribus usa,  
 Edidit hoc querulo tristia dicta sono:  
**E** uacuo nobis Dominum rapuere sepulcro,  
 Nec scio qua fuerit parte locatus humi.  
 Ergo Simon, iuuenisq; Deo carissimus alter,  
E' fidis

E' fidis abeunt ad monumenta casis.  
 Et currunt, stringuntq; pari uestigia gressu,  
 In Dominum uiua corda ciente fide.  
 Ne pedum motu melior tamen, acrior illo  
 Peruolat, & linquit terga relictæ simul.  
 Hinc certum capit antè locum, primusq; sepulcræ  
 Occupat, & fessos siflit ad ista pedes.  
 At sua dum figit lachrymis rorantia tumbae  
 Lumina, defuncti linteæ sola uidet:  
 Non tamen ingreditur, quamuis, custode remoto,  
 Sollicito uideat cuncta uacare metu.  
 Inde Simon tandem sequitur, Baronia proles,  
 Qui longè à celeri fratre relictus erat.  
 Post minimumq; moræ pleno subit osña cursu,  
 Et se se tumuli condit in ore caui:  
 Linteolos autem tenuem uidet intus amictum,  
 In niuci positos marmoris esse sinu.  
 Alba tamen capitis recipit, sudaria Christi  
 Longè alius, uestis quam tenet ista, locus.  
 Tunc igitur, qui rapta prior monumenta capessit,  
 Tardius à fido limina fratre subit:  
 Ac cernit, aninoq; alacri confidit, T E S V M  
 Calcata Dominum uiuere morte suum.  
 Nam monitus uatum, & fixæ sententia legis  
 Hoc nondum fuerant tempore nota satis:  
 Quæ monstrant, uereq; docent, fore, uictor in auris  
 Perdonita ut Christus morte, rediret humo.

Ergo.

Ergo retrò se se referunt: cœtuq; uocato  
Accipiunt note limina clausa domus.

## ELEGIA IIII.

Christus Saluator Marie Magdalena in specie hortulanæ ostendit: & postea quam uere cognitus ab ea est, mandat, ut reliquos etiam discipulos ea de refaciat certiores.

IOAN. CAP. XX.

Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret, inclinata uic se in monumentum, & uidet, &c.

**V**irgo sed humectas lachrymis sua grādib. ora,  
Ad Domini stabat marmor inane foris:  
Dumq; uidet, madidisq; genis monumenta sepulti  
Inspicit, atq; animo tristia multa putat:  
Apparent intus iuuenes duo protinus: urnæ  
Et tenet ille pedes, & tenet ille caput.  
Inclita maiestas uultu resplendet amico:  
Candida sed uestis cætera membra tegit.  
Ergo pīj magna cœli de gente ministri,  
Hoc ipsi referunt uerba benigna modo:  
Quid quæris mulier? sparsis cur mœsta capillis  
Tristia suffusis fletibus ora rigas?  
Femina sic contrā: Carum rapuere Magistrum,  
Nec, mihi sublatum quo posuere, scio.  
Hec paucis effata, retrò sua lumina flectit:

Et pro-

Et proprius uerum cernit adesse DEVVM.

Dicit ei IESVS: Tristis quem foemina queris?

Cur cadit ex oculis plurima gutta tuis?

Illa putans, hunc esse uirum, cui cesserat horti

Cura, iterum madidis sic fuit orsa genis:

Ah uir care, tuo si limite forte tulisti,

Qua iaceat terrae, dic rogo, parte, mihi.

Accipiam, tumulisq; tuo qui longius horto

Discedant, olidi corporis ossa dabo.

Hos inter gemitus & uerba loquentis, IESVS

Ecce, refert, animo cara Maria meo.

Illa mouens post terga caput, Rabbone profatur:

Quod Latia dictum uoce magister erit.

Tuc Dominus (præsens enim quod in oscula uellet

Irruere, & molli membra souere manu)

Sic prohibet: Mulier, noli me tangere: nondum

Ad patris redij templa superna mei.

Sed cito carpe uiam, dulcesq; reuise sodales,

Fratribus & laeto sic refer ore meis:

Ad patrem concendo meum, uestrumq; parentem;

Qui Deus esse meus, uester & esse cupit.

Hac postquam Dominus tamdem cum uoce reliquit,

Ignotis fugiens ceu leuis aura uiks:

Illa retro tendit, notisq; recenset amicis,

Quo Dominus fuerit cognitus ore sibi.

### ELEGIA V.

Christu[m] Saluator, viatorem se singens, cum binis discipulis, qui

*is, qui Emaunta proficiscuntur, de supplicio, morte & resur  
rectione sua colloquium ex Moise atq; prophetis instituit: de  
claratusq; in frangendo pane, ex ipsorum oculis euanevit.*

## LVCAE CAP. XXIIII.

Et ecce duo ex illis ibant eodem die in  
castellum, quod aberat spacio stadiorum  
sexaginta ab Hierosolymis, nomine E-  
maus, &c.

**I**am nondum lentus celebratae sabbata lucis  
Phœbus in Hesperias præcipitārat aquas:  
Cūm duo castellum Solymis petiere relictis  
Discipuli, timidæ subdita turba fugæ.  
Id ueteres Emaunta uocant, sanctæq; feraci  
Sex denis stadijs distat ab urbis agro.  
Hi sua figentes paribus uestigia curis,  
Coniuncto properant ampla per arua gradus:  
Præterea secum uarijs de rebus agentes,  
Susceptæ relevant tædia longa uiæ.  
Ergo sono fratres humili dum talia miscent,  
Quæ Solymis iſis facta diebus erant:  
Ecce Deus præsens comitem se protinus addit,  
Cum q; uiris iunctum carpere pergit iter.  
Forma tamen simulata fuit, dubiosq; fecellit,  
Corpora ne possent cernere uera D E I.  
Ule salutatis sed tandem fratribus ultrò  
Incipiens, uersa sic uice pauca rogat:  
Quid tristes agitis? quæ sunt ea, dicite porro,

Verba,

## 69 DE RESURREC. CHRISTI

Verba, quibus longam fallitis usq; uiam.

**C**ur luctus mœste prohibet sua gaudia mentis?

**Q**uæ gemitus istos causa mouere potest?

**V**nus ad hæc autem reddit citò uerba roganti,

**Q**ui celebri Cleophas nomine dictus erat:

**T**u' ne igitur nostris adeò peregrinus in oris,

**R**es ea cuī nondum nota fuisse queat?

**I**lle, uiri quid quæso, respexit: quam murmure largo

Inter uos scritis quid noua fama uebit?

**R**espondet Cleophas: Hic sermo attingit te sūm;

**C**ui patrium præbet Nazara parua solum.

**Q**ui fuit insigñis uates, & magnus in orbe:

Emicuit præsens cuius in ore Deus.

**H**unc nostri proceres, odijs crudelibus acti,

Heu nimium turpi destituere neci.

**I**amq; adeò nobis animos s̄bes lactat in anis,

Pollicitis olim quam dedit ille suis.

**N**amq; ita credimus, natis hunc esse daturum

Isaaci, eternæ prosperitatis opes.

**E**t modo ter cœlum rapido uersatur in axe:

Ter iungit Titan, terq; resoluit equos,

**E**x quo pontificum crudelis factio, s̄ontem

Egit in acriam uiq; doloq; crucem.

**P**reterea quædam matres, aliæq; sorores

Trifūciæ nobis causa fuere nouæ.

**Q**uæ citò dum primi sub lumine solis ex ortus,

Dilecti ueniunt ad monumenta ducis:

Sublat

Sublati memores Domini, uacuiq; sepulcri,

Cum tali redeunt ad properantq; sono:

Vidimus aligeros cœli de gente ministros,

Busta Dei raro continuisse choro:

Qui dicant, ipsum uita superesse recepta,

Purpureumq; hausta luce uidere dicim.

Protinus ex nobis alij ad monumenta recurrunt;

Quà tellus gelido clauserat ossa sinu.

Res quoq; respondet stabili uelut omnia uoce

Fœmineus nobis dixerat anté chorus.

Defuit hoc unum, quòd aperto cesserat heros

E' tumulo, uersa conditione D E V S.

Finierat Cleophas, post quem peregrinus eunti,

Mutua dum reddit dicta uiator, ait:

O' stultos nimium, lucis melioris egentes:

O' quibus ad solidam pectora lenta fidem.

Qui dubitatis adhuc ea credere uatibus, olim

Mystica de Christo quæ monuere suo.

Non' ne erat in fatis fixum, quòd talia ferret,

Probra, minas, colaphos, sputa, flagella, necem!

Calcatæq; ferens mortis moriendo dolores,

Ad cœli facilem panderet astra uiam?

Incipiensq; uiris antiqua retexere scripta

Moisis, et sancti dogmata prisca chorii:

Natiuos reuocat sensus, ipsamq; medullam

Elicit, ex ipsis dum sua fata probat.

Interea teclis castrum uenientibus altis

## 98 DE RESURREC. CHRISTI

Emicat, et spacio se propiore locat.

Ipse sed ulterius gressus effingit cuntes,

Longè alia tanquam debeat ire via:

Sed tenuere tamen blandis sermonibus ipsum,

Dum sic sollicitis uocibus ambo rogant:

Adde moras, tectisq; uolens succede propinquis,

Vlterius ferri desine uelle pedes.

Vesper enim surgit, cæliq; orientia signa

Accensis facibus luminibusq; micant.

Ille suis paret socijs non asper, et intrat,

Seq; isto simulat uelle manere loco.

At domus hospitio postquam suscepit eodem,

Continuo stratis discubuere thoris:

Ille sed, appositi Cerealia munera panis

Attigit, et fregit, distribuitq; uiris.

Tunc oculis lux est manifesta patentibus orta,

Et uero enituit cognitus ore D E V S.

Nec mora consequitur, tenues dilapsus in auræ

Ille fugit, gemimus deseriturq; somes.

Attoniti fratres ubi primum redditia mens est,

Inter se trepida talia uoce mouent:

Non ne cor accensis nostrum uelut ignibus arsit?

Non ne intus numen combibimusq; sacrum?

Tunc quando nobis comitem sese addidit ultrò,

Exponens ueterum dogmata celsa Patrum?

Consurgunt igitur rapidi, et uestigia retro

Ad Solymos, gressu non remorante, legunt:

Inue<sup>m</sup>

## L I B E R T E R T I V S.

59

Inueniuntq; eadem fratres sub tecta uocatos,

Bissem numero, sed tamen unus abest.

Continuò referunt alij uenientibus omnes

De Domino, & tali gaudia uoce mouent:  
Surrexit, cœliq; Deus spirabile lumen.

Dicit: & à Petro cognitus ille fuit,

Illi iterum certis miscent sua gaudia signis:

Quæq; per hoc fuerint gesta, loquuntur, iter!

Vtq; heros tandem sumptas cum frangeret escas,

Cœperit ad positos notior esse thoros.

## E L E G I A VI.

Christus Saluator undecim discipulis suis, & alijs, qui ad ipsos se aggregarūt, apparet: & ex Mose ac Prophetis in memoriā revocat eis documenta, quibus antequam moreretur, demonstrat, certò futurum, ut tertia die à mortuis resurgeret.

L U C A E C A P . XXIIII.

Dum autem hæc loquuntur, stetit ipse in medio eorū, & dicit eis: Pax vobis. Expauefacti uerò, &c.

T Alia dum socijs Cleophas mirantibus edit,

Qua modò sit uisus conditione D E V S :

Ecce uiros inter munito lumine uictor

Constitit, & medius talia uerba tulit:

Pacem fert meam, pacem laudate sedentes,

O' comites, pacis munera fert meæ.

Attonitis multa pallent formidine uultus,

200 D E R E S V R R E C . C H R I S T Æ

Et grauis intus agit, debilitatq; tremor.  
Nam coram falsa statuum sub imagine spectrum  
Ludere, monstrosa quod paret arte dolos.  
Protinus incertis tali cum uoce Redemptor,  
Pressa repente corda pauore leuat:  
Plurima que uestræ illudit opinio mentes?  
Quis uouus insinuat pectora lenta tremor?  
En fixas mea turba manus, plantasq; foratas  
Cernite: sum uerus, quem teneatis, homo.  
Ne tentate tamen, populataq; pectora ferro  
Tangite, perfoſſum queso uidete latus.  
Non etenim ficto tractandam in corpore massam,  
Veraq; non ullus ſpiritus oſſa gerit.  
Ut caro uera meo manibus tractabilis hæret  
Corpoſe, non certè diſsimulanda mihi.  
Sic ait, & lato terebratas uulnere palmas  
Monſtrat, & in gemino ſigna uidenda pede.  
Dum uero dubitant, & uix ſua gaudia norunt:  
Lætitia mixtus nam quatit oſſa metus.  
Sic iterum loquitur: Nunquid modò reſtat, amici,  
Ipſe famem poſſim quo reſcuare meam?  
Continuò mellisq; fauos, pifcemq; peruifum  
Discipuli Domino, munera parua, ferunt.  
Ille cibum carpit, mellisq; liquentia dona  
Libat, & affati ſercula pifcis edit.  
Postquam prima quies epulis, mensaq; remotæ,  
Hac ſolitos cœpit uoce referre ſonos:

Hab

L I B E R T E R T I V S .      101

Hec sunt, quæ monui nuper, dum fata sinebant

Vobis cum dulces continuare dies:

Quod decuit certa fieri sic omnia lege,

Quæ digitio Mosis scripta fuere prius:

Quæq; Deo pleni uates, quæq; omnia quondam

Iesse cecinit psaltria Musa lyra.

Tunc ipsis mentes tetigit, sensusq; reflexit,

Vt ueterum scirent aurea dicta patrum.

Ille sed adiiciens: Sic, inquit, fata cerebant,

Tolleret ut Christus tam graue mortis onus.

Scilicet ut, quando se lux tertia mundo

Promeret, à domino surgeret hoste Deus.

Vnde sub ipsis meritis & nomine sancto

Talis per mundum uox noua sparsa sonat.

Vt, quicunq; dolent humili sui crima mente,

Et motu retrò se meliore uocant:

Accipiant ueniam culpe, cœloq; fruentes,

Perpetuis celebrent gaudia plena bonis:

Itaq; fundetur gentes doctrina per omnes,

Quas gremio tellus claudit ubiq; suo.

Principium uero sublimi in monte Sionis

Sumet, & implebit solis utramq; domum.

E L E G I A   V I I ,

Christus Salvator per fores clausas ad discipulos suos peruenit: & quod is ipse Iesus non aliquis spiritus sit, certissimis notis fidē eis fecit. Sed id euenisse, minime uult Thomās crede re, donec post octo dies sibi uestigia clauorū, manib. pedibusq; impressa, ut antea petierat, ad tangendam Christus offerret.

## 102 DE RESVRREC. CHRISTI

IOAN. CAP. XX.

Cum uespera esset die illa, qui erat unus sabbatorum, & fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati, &c.

**L**Uce sacra nam uesper erat, iam candida stella  
Occiduis surgens, alta petebat aquis.  
Et trepidi fratres paruo loca nota tenebant  
Agmine, quò multus iussorat ire metus.  
Ecce autem se se foribus D E V S intulit atris,  
Cum foret æratis ianua clausa serisi:  
Ac medio fratrum cœtu, raraq; corona  
Se statuens, tali uoce secunda tulit:  
Pax mea uobiscum, uos in uiolabile pignus  
Quod rcfero, comites, pacis habete meæ.  
Et simul his dictis pectus nudauit apertum,  
Et quas cuspis erat depopulata manus.  
Corpora sed fratres Domini manifesta uidentes,  
Plurima mutato gaudia corde premunt.  
Hic iterum uictor paucis sic ora resoluit:  
Tranquilla iubeo uos ego pace frui.  
Me uelut immensum genitor cœlestis in orbem  
Excelsa patrij misit ab arce throni:  
Sic ego uos mitto, possitis ut undiq; pressa  
Alloquio dulcis corda leuare soni,  
Sic loquitur, leniç; ipsis suspirat in ora  
Flamine, tum paucis quod sibi restat agit.  
Ferte, sonat, uiui donum spirabile Flatus,

QVI

Qui mouet, et uiuo cuncta uigore souet.  
Peccatis quorum ueniam spondebitis, illis  
Admissi fuerit culpa remissa mali:  
At quibus indomitibus labem retinebitis atram,  
His erit in superis illa retenta plagis.  
Sed Thomas aberat, Didymi qui nomen habebat,  
Cum Dominus clauso limine uisus erat,  
Vnanimes igitur fratres dixere reuerso:  
Corpore presentem uidimus ante Deum.  
Ille respexit: Nunquam fermè concredere possum  
Talia, suspecta que mihi uoce datis:  
Ante nisi uideam pressi uestigia ferri  
In manibus, manibus ritè premenda meis:  
Ante pedes fixos, et hians in pectore uulnus,  
Ni facili tangam contineamq; manu.  
Iamq; dies septem tardus præmisserat Eos,  
Alter et à sexto lucifer ortus erat:  
Fida pij comites iterum, uelut ante, souebant  
Limina, quos Thomas inter et ipse fuit.  
Ecce sed in tecti medijs penetralibus heros  
Constituit, ac pacem iussit habere suam.  
Tum placido ad Didymum conuersus lumine, duro  
Sic dubiam coepit conciliare fidem:  
Huc ades, et secto digitos in uulnere pone,  
Vulnere quod nostras cernis habere manus:  
Atq; tuas infer palmas, lateriq; repone,  
Vnde minax multum sanguinis hasta babit.

## 104 DE RESURREC. CHRISTI

Et posthac adeò noli male creq;ulus esse:

Sed ualida plenus credere disce fide.

Pœnitet erroris Didymum, culpamq; professus,

Talia uix ægrè uerba sonare potest:

Tu meus es clemensq; Deus, Dominusq; benignus,

Qui uenia miserum iustificante leuas.

Huic Christus: Quoniam manifesto in lumine cernis

Omnia, iam uiuax incipit esse fides.

Felices autem, qui nil ubi cernere possunt,

Plena tamen fidei corda uigentis habent.

## ELEGIA VIII.

Christus Salvator septem discipulis suis, in lacu Tiberiadis pescantibus, se manifestat: & nutu ac prouidentia sua efficit, ut magnum derepentè numerum piscium capiant, cum antea quidam tota nocte frustrè operam in eadem re collocassent.

## IOAN. CAP. XXI.

Postea se manifestauit iterum Iesus ad mare Tiberiadis: manifestauit autem sic: Erat simul Simo Petrus, & Thomas, &c.

**E**xigu uero spaciū post temporis heros

Exhibitū socijs rursus, ut ante, fuit.

Illuc, nodoso comites ubi fune solebant

Sidonio pisces ducere sèpè lacu.

Cumq; uiris pinguem iuxta se proderet annem

Dux pius, hunc tenuit scilicet ipse modum.

Congressi fuerant eadem sub limina Petrus:

Et gemini, mater quos Zebedæa tulit.

His cot

His comites autem Didymus, simplexq; sodalis

Nathanael, alijs cumq; duobus erant.

Ergo Simon primum, soboles Ionia, fido

Hæc comitum dixit uerba benigna choro:

Ad plenas ego uertor aquas, ueteriq; per altum

Fallere squamigerum me iuuat arte genus.

Huic alij: Quin nos etiam tibi iunge uolentes,

Ad nutus erimus turba parata tuos.

In morda nulla Petro, socia freta mente capessunt,

Atq; iterum plenis insidiantur aquis.

Sed tota capiunt nihil hac in nocte sodales,

Et perit infida grandis in arte labor.

Postera iamq; polo surgen<sup>s</sup> aurora rubebat,

Et dederat Phœbo stella repulsa locum;

Fallacem simulans habitum, dubiamq; figuram

Visus in extremo est margine Christus aquæ.

Nec tamen ex ipsis potuit dignoscere quisquam,

Quod uerè Dominus, quem coluere foret.

Ille dehinc miti compellans uoce natantes:

Obsonij iuuenes num quid habeti<sup>s</sup>? ait,

Subiiciunt sed pauca, nihil superesse, roganti,

Vnde sit hæc ipsi dissoluenda famæ.

Prosequitur Christus, dextræ plaga cœrula prædā

Spondet, eò laxum mittite rete, uiri.

Imperijs illi parent, nodosaq; lina

Proiiciunt tremula, qua iubet ipse, manu.

Nec morda, conglomerant celeres in uincula pisces,

Etrude per linum tota rapina salit.  
Ex uix ambo quidem releuare è gurgite coetus  
Retia, tam multo pisce grauata, queunt.  
Continuò frater, Dominus quem pronus amabat,  
Hæc animo memorat uerba tremente Petro:  
Petre Simon, nisi fallor, adest Deus ille magister,  
Ille quidem: facies clara uidenda Dei est.  
Quas ubi Betsaides uoces conterritus hausit,  
Quod Deus in uiridi margine staret aquæ:  
Se tunica, quia nudus erat, succinxit, & undis  
Sparsit, ut ignotum per mare ferret iter.  
Sed reliqui pariter ponti uada salsa secantes,  
Si possint, uellent continuisse locum.  
Remigis igitur subigunt, uelisq; ministrant,  
Et lembo capiunt accelerante fretum.  
Non etenim longè remanent à littore pulsi:  
Bis centum cubitos à rate littus abest.  
Nec requies, operi cincti sua brachia nudant,  
In placidoq; legunt retia plena uado.  
Ut se se applicuit terris allapsa carina,  
In siccum comites egrediuntur humum:  
Appositosq; uident panes, prunasq; calentes,  
Quà redolens pisces urit odore focus.  
Dicit eis I E S U S: Tyrio de flumine pisces  
Ferte, calens leni quos coquit igne focus.  
Ergo Petrus subiens, linum modò piscibus auctum  
Centum, quinq; decem cum tribus, inde trahit.  
Et li-

Et licet immensum distendat retia pondus,  
 Scissa tamen non est tortilis ora plagæ.  
 Hic ueram Dominus faciem, uultumq; professus,  
 Discipulos solita pro pietate monet.  
 Sicq; refert: Huc ferte gradus, uiresq; ualentes  
 Læta dato uobis gens reuocate cibo.  
 Sed numero fratrum nemo fuit ausus in omni  
 Dicere: Quale genus? quis pater? unde uenisse?  
 Nullus enim non norat eum, nullumq; latebat,  
 Natiua Domini se pietate frui.  
 Sic Deus infernis postquam reuocatus ab umbris,  
 A domita uictor morte trophæa tulit:  
 Sic Deus in mundum redijt, sic ordine certo  
 Fratribus est uisus, discipulisq; suis.

## ELEGIA IX.

*Christus Saluator discipulis suis spiritu sanctu promittit;*  
*ut eo solum freti, forti & excelsò animo omnia, quæ à mundo*  
*ipsi pericula impendeant propter se, possint sufferre atq;*  
*contemnere.*

IOAN. CAP. XIII.

Paracletus ille, qui est Spiritus sanctus,  
 quem Spiritu mittet Pater nomine meo,  
 ille uos docebit, &c.

Cum uero cœlo ueniet Paracletus ab alto,  
 Qui trepidos lœtis mentibus esse facit:  
 Ille sacer Flatus, nostro quem nomine uobis  
 Empyrea placidus mittet ab arce Pater:

Is 40-

**XOS DE RESVRREC. CHRISTI**

**I**s uobis acuet mentes, doctrorq; fidelis

Implebit monitis pectora uestra nouis.

**E**t quorum memini quandam, quæ plurima dixi,

Arbitrio uobis suggeret ille suo.

**N**unc autem, ô socij, tantum mea magna uoluptas,

Concordi iubeo uos ego pace frui.

**N**on ueluti tribuit mundus, pacemq; relinquit,

Compositum rerum quæ facit esse statum:

**S**ic ego condono requiem, quæ sola tueri

Ocia pacatis libera rebus amet.

**N**e diras mundi furias trepidetis, et iras:

Ne uobis oneret turbida corda pauor.

**A**udistis toties repetita uoce monentem,

Ad Patrem subito quodrediturus eam.

**S**i uobis ego cura forem, si grata uoluptas,

Læticiam posset condere nemo suam.

**N**am uos edocui, patrem quod rursus adibo,

Quo gnatus uoluit subditus esse minor.

**H**ec autem monui fida prius omnia mente,

Dum manet in fatis causa futura suis:

**V**t quando eueniant, uobis coalescat, et alte

Pectoribus uestris hæreat alma fides,

**N**on ego uobiscum mortali in corpore, fratres,

Amplius, ut pridem, dulcia uerba loquar.

**N**amq; uenit mundi princeps, et luminis osor,

In me qui poterit iuris habere nihil.

**V**t tamen agnoscat mundus, quod diligo patrem,

*Qui*

Qui mihi non ultrò subdidit illud onus:  
Sic facio, pulcramq; petens per uulnera mortem,  
Ad cœli meditor regna uocantis iter.

## ELEGIA X.

*Christus Saluator discipulos ad profundum Euangeliū in uniuerso terrarum orbe emittit. Postea, ipsis intuentibus, à terra gloriose ad celos evenerit.*

MARCI CAP. XVI.

Postea discubentibus illis undecim apparuit, & exprobrauit illis incredulitatem suam, & cordis duriciem, &c.

I Nde decem fratres eadem cùm mensa tenebat,

Quo numero socius plus tamen unius erat:  
Victor adest, medioq; thoro se sifit, & ipsos

Increpat, & dubiam carpit, ut antè fidem:

Quod non crediderint turbæ spirare receptione

Quæ nece perdonata uiderat antè Deum.

His ubi finis erat, socijs turbæq; fideli

Illa uoluntatis iussa suprema dedit:

Ite, mei comites, uasti per climata mundi,

Qua Phœbus medium cunq; colorat humum:

Iusticiamq; nouam gentes populumq; docete,

In grémio tellus quem tenet ampla suo.

Quisquis crediderit, sacraq; lauabitur unda,

Vnde beatificæ uena salutis abit:

Dignatus uenia cœlum penetrabit, amica

Possit ut æterno tempore pace frui.

At con-

MO DE CHRISTI AD COEL. ASC  
At contrâ quicunq; malus, quicunq; rebellis  
Non renuet sanam deseruisse fidem,  
Hic erit iniurias cœlo: tandemq; peribit,  
In mortem propria dum levitate ruit.  
Amplius hæc autem dulcis post munera uerbi,  
Quæ noua credentes signa sequentur, erunt:  
Per me, perq; meum nomen, digitumq; potentem  
Eiſcient Furias, Tartareumq; genus.  
Voce noua poterunt, linguisq; recentibus uti,  
Quas tamen ignotas non didicere prius:  
Pestiferos abigent angues, & triste uenenum  
Si biberint, animo non erit inde dolor:  
Aegrotis ponent dextras, & protinus acri  
Pulsa sua linquet corpora sede lues.  
Hæc ubi proposuit supremo mitis I E S U S  
Tempore, discipulis ultima iussa suis:  
Aera per tenerum spirantes dispergit auras,  
Ut legeret faustum celsa per astra uiam.  
Nec mora, sublimis, cœloq; inuestus aperto  
Aerio calcat nubila regna pede.  
Iamq; Dei dextræ propius sedet omne potentis,  
Sub pedibusq; premit sidera clara suis.

### ELEGIA XI.

Christus Saluator posteaquam in cælum sublatus est, di-  
scipuli in altum suspiciunt: quibus cum duo uiri è nube collo-  
quuntur. Tandem Hierosolymitanis recipiunt, & ibidem  
pijs prectionibus una cum ceteris assidue indulgent.

L V G

Et cùm nubes subduxit illum ab oculis eorum, cumq; essent defixis in cœlum oculis: ecce uiri duo astiterunt illis, &c.

**D**Vm septus nebula Dominus se nubib. infert,  
Et leuior cœli sidera summa petit:

Suspiciunt ipsum comites, oculisq; sequuntur  
Aerias fixis, quò licet usq; plagas.

His uero gemini proceres in uestibus albis  
E' media talem nube dedere sonum:

Turba uiri Galilæa, moras quid necritis ultra?

Candida quid fixis cernitis astra genis?

Me Dei natus, cui nunc ad sidera lœto

Ire super placuit nubila clara pede:

Sic magni ueniet censor iustissimus orbis,

Sic, ueluti nuper uisus abire fuit.

Mihi igitur uiridis linquentes ardua montis.

Qua sata per colles floret oliua suos:

Ad Solymas redeunt arces, atq; agmine fido

Dilectos subeunt accipiuntq; lares.

Primus adestr Petrus, iuuenis quem proximus alter

Consequitur, Domino qui sua cura fuit.

Inde Iacobus erat, dictus cognomine Maior,

Cui pius Andreas gaudet adesse comes.

Hunc citius sequitur Didymus, fraterq; Philippus,

Vicinumq; locum Bartholomæus habet.

Tum se se miscet numero Matthæus eidem,

Et sas

112 DE MISS. SPIR. S. IN APOST.

Et satus Alphæo de genitore puer.  
Proximus his frater Zelotes nomine dictus,  
Germanusq; tuus, parue Iacobe, uenit.  
Fœmineus porrò scse chorus addidit ipsis,  
Quas inter Domini mater & alma sedet:  
Sidereasq; uias alacri sub corde tenentes,  
Vnanimi soluunt carmine uoce Deo:  
Indulgentq; omnes precibus, flatusq; sacrati  
Promissum supera munus ab arce petunt.

ELEGIA XII.

Christus Salvator iuxta suas, quas discipulis fecerat, præmissiones, de celo Spiritum sanctum demittit. Quo postea quam illi donati sunt, nono & inaudito dicendi genere magna cum omnium admiratione, Dei beneficia, filijq; ipsius merita, eloquentur.

LVC. IN ACTIS CAP. II.

Et cum cōplerentur dies Pentecostes, erant omnes unanimiter in eodem loco: & factus est repente de celo sonitus, &c.

FESTA dies aderat, summus qua conditor olim  
In Sinai Legem rupe tremente dedit:  
Et simul heroum lectus conuenerat ordo,  
Quos sibi legatos iusscerat esse D E V S.  
Ecce autem superum magno domus alta fragore  
Intonat, & sonitu tecta fremente quatit:  
Non secus, ac uasto surgens si murmure uentus  
Impulse streperet per latus omne domus.  
Et sedes implet penitus, thalamumq; coruscum,

Q<sup>ui</sup>

Qui fida comites in statione tegit.  
 Alter & alterius dissectam in gutture linguam,  
 Flamarumq; apices plena per ora uidet.  
 Tum sacer ille Dei Flatus, non noxius ignis,  
 Continuo casti sedit in ore chori:  
 Concipiuntq; animis sacrum noua corda furorem,  
 Numine mens intus dum propiore calet.  
 Iamq; Deo pleni, flammisq; micantibus usci,  
 Missa fuit postquam plenior aura polo:  
 Facta uiri Solymæ genti ducis inclita Christi  
 Incipiunt linguis commemorare nouis.  
 Mira canunt alacres, & passim mira loquuntur,  
 Ille uelut Flatus differuisse facit.  
 Talia cum Solymum celebri gererentur in urbe  
 Cum sociis Christi discipulisq; pijs:  
 Turba frequens illuc uarijs è finibus orbis  
 Venerat, Oceani quam uaga claudit aqua.  
 Ergo ubi fama ruit uolitans pennata per urbem,  
 Et populi gestis serpit in aure nouis:  
 Cernendi studio coeunt, sanctumq; frequentant  
 Limen, ubi concors gens duodena sedet.  
 Attonitisq; stupent animis, quod quilibet ore  
 Verba sonet lingue non aliena suæ.  
 Mirantur cuncti circum, mirantur, & uno  
 E' populi talis uox abit ore sonus:  
 Non' ne uiros Galilæa tulit, quos talia nobis  
 Tam uario dudum cernimus ore loqui?

## 114 DE MISS. SPIR. 8. IN APOST.

Vnde sit ut nostræ teneant idiomata linguæ,

Quam didicit quondam matre docente puer?

Seu quis enim ueniens Parthus comitante sagitta,

Florida seu linquens iugera Medus adest.

Siue Elamis, terram calido qua sidere Phœbus

Vrit, & iniustis solibus arua premit.

Siue sit Euphratis, celebrati carmine uatum,

Accola Iudea seu regione uenit.

Armenia seu gente satus, uel Colchide ponto,

Semper ubi tellus atra uenena fouet.

Siue Asie ciuis, Phrygiæ seu filius Idæ,

Pamphilijs fuerit seu quoq; natus agris.

Siue soli cultor Pharij, Libyæq; calentis,

Cui iacet ad dextrum clara Cyrena latus.

Seu Romanus homo, sumendis inclytus armis,

Aduena uel Latij Idaliota plagis.

Deniq; seu Cretes fuerint, seu decolor Indus,

Siue Arabis thuris clarus odore sui.

Natiuo sibi quisq; uiros sermone loquentes

Audit, & ignotos non uidet esse sonos.

Pars stupet admirans secum, carosq; sodales,

Significet uirtus quid tamen ista, rogat.

Cætera pars autem, saturos conclamat Iaccho

Discipulos, nimio fundere uerba mero.

FINIS EORVM QVAE PRO-

priè ad Librum tertium pertinent:

Sequitur eiusdem Ap-

pendix.

Lecto-

Statueram hic alios quinque Libros addere, quæ continent Christi miracula, pluresq; alias res salutares. Sed dissenserunt docti quidā uiri, qui plura, quam ego, sapiunt atq; intelligunt. Quorū consilio fideli parendum mihi esse existimauit: non enim sine ratione singulari proponebant. Itaq; sententiam mutavi, in eoq; proposito non progrediendum duxi, donec aliquid magis ingenio perfectum, & maiore industria elaboratum Lectori communicari posset. Ut is tamen habeat quoddam specimen eorum, quæ de cæteris promittimus: placuit tantum septem Elgias adhuc ad priores duodecim huius tertij libri adiungere, quæ quasi Epilogi loco essent. Unde etiā pius Lector nostri instituti rationem posset animaduertere. E& sic habent:

116 DE MISS. SPIR. S. IN APOST.  
ELEGIA XIII.

Christus Saluator ab Ioanne regio uate, in Jordane abi-  
luitur sacri sonus unda. Spiritus sanctus in columba specie  
deuolat e celo, & Christo insidens, supra ipsum plane con-  
quiescit. Pater uiva uoce e nubibus testatur, quod in hoc  
psu filio Iesu Christo, unicè delectetur.

Trinitas in unitate, & unitas in trinitate uene-  
randa.

MATTH. CAP. III.

Tunc accedit I E S V S à Galilæa ad Ior-  
danem ad Ioannem, ut baptizaretur ab  
illo. At Ioannes pro, &c.

**T**unc celebres fugiens terræ Galilæidos orbi,  
Iordanis petijt Christus I E S V S aquas.  
Illic ut spargi sacra Baptismatis unda  
Per famulum posset more decente suum,  
Abstinuit primum uates, timidusq; refugit,  
Increpitansq; Deum talia uerba dedit:  
Ipse uenis, ut rite cauis sacra flumina palmis  
Infundam capiti, corporibusq; tuis.  
Esse quid hoc dicam? potius mihi tale necesse est  
Officium, à nobis quod petis ipse, tuum.  
Atq; huic respondens paucis occurrit I E S V S:  
Imperij uates iussa capessere mei.  
Sic decet hoc fieri, series ut tota futuræ  
Iusticie fatis conuenienter eat.  
Paruit ille Deo tandem, sciq; obtulit ultrò,

Et

Et Dominum liquido tinxit in amne suum,  
 At IESVS molli corpus cum perluit unda,  
 E' sacro celeres extulit amne pedes.  
 Continuo medium scindit sese arduus aether,  
 Et lato ruptis nubibus ore patet.  
 Aeriaq; albam simulans in nube columbans  
 Spiritus, è supera deuolat arce poli:  
 lamq; uiam latè signans, in uertice Christi  
 Insidet, & placido gaudet amore frui.  
 Præterea magni rubra genitoris ab æthra  
 Lapsa fuit, tali uox reuerenda sonor:  
 Hic est ille meus dilectus filius; ille est,  
 Cui fauor placidus tempus in omne pater.  
 Illius faciles inclinent uocibus aures,  
 Qui cupiunt regnum dulce subire Dei.

## ELEGIA X III.

Christus Saluator in monte Tabori Deus immense maiestatis declaratur. Moses & Elias ei comparent. Et pater rursum è nube filio testimonium perhibet, quod ipse unus sit, in quo tanquam in dilecto suo acquiescat.

Christi maiestas diuina, & Deitas cœlestis patris uiuo testimonio probata & confirmata.

## MATTH. CAP. XVII.

Et post dies sex assumit IESVS Petru ac Iacobum, & Ioannem, & subducit illos in montem excelsum seorsim, &c.

Post sex inde dies, Taboris cum uertice celso  
 Iam Dominus socijs clarificandus erat,

## 118 DE MISS. SPIR. S. IN APOST.

Aduocat ad sese fido cum fratre Iacobum,  
 Et Petrum, comites quos iubet esse suos.  
 Secretumq; petit montem, uallemq; reclinquit,  
 In qua de socijs cætera turba manet.  
 Ecce autem subito rosea uibratus ab æthra  
 Luce repentina fulgor, & igne micat.  
 Collucet circum flammis radiantibus altus,  
 Vertice sublimi qui ferit astra Tabor.  
 Et media Domini facies in nube resulget,  
 Non secus ac radiat sole micante iubar.  
 Qualis & albentem Phœbe iacit aurea lucem,  
 Talis in aspectu candida uestis erat.  
 Respiciunt comites, binosq; assistere cernunt  
 Fulgentes habitu candidiore uiros.  
 Hos inter, populis noua facta stupentibus, alter  
 Isacidum Phario duxit ab orbe genus:  
 Alter flammifero subiectus in æthera curru,  
 Insolito uitæ gaudia more tulit.  
 Hi uice sermonis uaria iucunda trahentes  
 Tempora, cum Christo uerba sacrata sonant.  
 Tunc patre Bariona natus comes edidit unus  
 Sollicitis ipsi talia uerba sonis:  
 Hic bona, Præceptor, sedes, hic dulce morari est:  
 Hic requies blandum spondet amica locum.  
 Ergo domos ternas, iam nunc uenerande magister,  
 Hoc Tabore excelsø ponere monte iuuat.  
 Vna tibi, raptoq; dehinc dabit altera uati,

Et te.

Et teclum Mosi tertia dulce dabit.

Hæc ubi Petrus erat placido sermone profatus,  
Per rutilum nubes æthera clara uolat.

Fulgentemq; nouo uesit citò lumine montem,  
In quo cum socia gente magister erat.

Hinc uox è media coeli manifesta cucurrit  
Nube, fuit tales quæ dare uisa sonos:

Hæc dilecta mihi soboles, hic filius ille est,  
Vnde fluunt menti gaudia summa mæ.

Illiis arrectas monitis accommodet aures,  
Aurea suspirat quisquis ad astra poli.

Hæc ubi discipulis uox est illapsa per aures,  
Presserunt dirum corde stupente solum.

Insolitaq; ipfis trepi lus formidine rerum,  
Pulsauit gelidus pectora fessa metus.

His Deus assistens uerbis solatur amicis,  
Dum curas tali subleuat ipse sono:

Surgite, & abieclum fortis calcate timorem,  
E' pauidog; pigrum militite corde metum.

Respiciunt comites, oculosq; per omnia uertunt,  
Sed præter Dominum est nemo uidendus homo.

## ELEGIA XV.

Christus Saluator à quodam interrogatur legisperito,  
quod nam maximum sit mandatorum Dei: & quin deinde  
proximus sui ipfis. Cui ipse proponit siue similitudinem sine  
historiam de infelici & calamitoso homine, qui in latrones  
incidit, & ab ipfis male multatus, omnibusq; suis spoliatus,  
& Samaritano suscipitur, & curatur.

## 120 DE MISS. SPIR. S. IN APOST.

Maximum & grauissimum mandatum in dilectione Dei & proximi cōsistit. Proximus cuiusq; est, qui aliena ope indiget. Christus noster Samaranus est factus.

## LVCAE CAP. X.

Et ecce quidam legis peritus surrexit, tentans illum, & dicens: Magister, quid faciendo posse debo, &c.

**T**'Alia cum socijs Domino miscente, resurgit  
In patria quidam lege peritus homo,  
Obscuræq; Deo tentando retia fraudis  
Componens, uerbis talia dicta mouet:  
Quid faciam, quæso clemens expone magister,  
Ut teneam celsi regna beata poli?  
Christus adhæc: Quid sacra iubent oracula legis?  
In Mosis scripto qualia iussa legis?  
Tunc iterum ingressus legis uatumq; peritus,  
Hos Domino prompto reddidit ore sonos:  
Mente tuum tota, totoq; ex pectore, tota  
Ex anima debes semper amare Deum;  
Inde tuum fratrem sic toto delige corde,  
Non secus ac corpus diligis ipse tuum.  
Edidit ille iterum: Sic fac, et iure tenebis  
Aurea, quò sudas, scilicet astra poli.  
Ille sed affectans ad iusti nomen honoris  
Inde uiam, uerbis addidit ista suis:  
Expeditas igitur nobis, ter magne magister,

Quis

Quis uer i nomen fratris habere queat?  
Tunc Christus uocemq; libens, atq; ora resoluit,  
Et tales memorat protinus ore sonos:  
Vir quidam Solyms properans descendit ab urbe  
In Ierichum, palmis quā uiget ora suis.  
Dumq; uiam sequitur per publica strata, latronum  
Incudit in sēuas heu miser ille manus.  
Nec mora, crudeles rapiunt, ac uerbere pulsant,  
Immiti uiolant corpus et omne manu.  
Insuper et nummis spoliant, et uestibus illum,  
Post abeunte fero linquitur hoste miser:  
Sub cœloq; iacens, nudoq; sub ætheris axe,  
Ipsi deseritur præda futura neci.  
Contigit ut quidam transiret forte sacerdos,  
Purpureo iacuit quā miser iste loco,  
Vidit, et ut uidit durata mente iacentem  
Præterit, et nullam fert miseratus opem.  
Ulius inde pari sequitur uestigia gressu  
De celebri Leui stirpe profectus homo.  
Et loca cum tetigit propior malefida, iacentem  
Aspicit: at uiso cedit et ille uiro.  
Persequitur, laetis cui foeta Samaria campis  
Patria, suspectum tertius inde locum.  
Hic ubi uidit eum, subitus præcordia strinxit  
Motus, et exhaustus uiscera tota dolor.  
Vulneraq; ipsa souens componit hiantia pannis,  
Et properat medicæ ferre salutis opem.

b s Infus.

Infunditq; acrem dulci de uite liquorem,

Et sacra quem succum Palladis arbor alit.

Inq; sui ponens iumenti sessile tergum,

Hospitij secum limen ad usq; uehit:

Hic prestat, quicquid sanandi postulat usus,

Et quacunq; potest parte iuuare iuuat.

Postera iamq; dies ibat, cum deniq; mitem

Causa uiatorem longius ire iubet.

Ergo duos domino grauiori pondere nummos

Hospitij prompta porrigit ipse manu.

Et sic pauca resert: Hospes, dum longius ibat,

Sedula commisi sit tibi cura uiri:

Et quæcunq; dabis, dederint ubi fata recursum,

Omnia tu laetus, me tibi dante, feres.

Nunc igitur profer, suerit quis proximus illi,

Inter latrones qui mala tanta tulit?

Ille autem, Cuius tetigit miseratio mentem,

Et sua qui misero damna leuauit, ait.

Subiecit Dominus: Quo te res cunq; uocabit,

Vade: sed et simili fac pius ipse modo.

### E L E G I A XVI.

Christus Salvator in Cana Galilee ejuitate, nuptias celebrans cum discipulis ac matre sua, aquas in dulcissimi usq; saporem conuertit.

Pios coniuges Deus nunquam deserit: sed in summis etiam augustijs opem ipsis uult non spergam asserre.

IOAN.

Et siebant nuptiæ in Cana Galilææ: &  
erat mater I E S V ibi. Vocatus est autem  
I E S U S & discipuli eius ad nuptias, &c.

**C**oniuige cum dulci socialia sacra parabat,  
Fortè Palæstinæ sponsus in urbe Canæ.  
Et ueneranda dapes studio celebrabat anili

Læticiæ, Christi mater, amica comes.

Præterea Dominus fratum cum simplice turba,

Ad thalami Christus sacra uocatus erat.

Deficiente mero, nato pia mater I E S V

Sic ait: Ah uinum deficit, affer opem.

Sic ea sed tali respondet filius ore:

Anxia quid tecum est scœmina, quæso, mihi?

Nondum tempus adest, quo nutu tristibus almo

Dulcia conuiuis munera ferre parem.

Tum genetrix famulis: Quicquam si iusserrit ille,

Id posita segni perficitote mora.

Sed iuxta stabant puro sex uascula ritu,

De Pario docta marmore facta manu.

Quodlibet hoc inter tantum capiebat in aliuum,

Metretæ quantum tres ue duæ ue solent.

Christus ait: Vacuis iuuenes date flumina uasis,

Vt tota impletis accumulentur aquis.

Illi certatim faciunt, gnauij; coronant

Fontali lapidum pocula plena mero.

Inde iubet, summo properent afferre ministro,

Vt nro

Ut noua flumineas munera libet aquas.  
 Discipulos mora nulla tenet: gustando feruntur  
 Pincerue rapida pocula sumpta manu.  
 Is postquam gelidis innatam fontibus undam  
 Gustasset, uinum prodijt unde nouum:  
 Nec tamen id sciret per se, dulcissimus esset  
 Aemulus ambrosij nectaris unde liquor.  
 Nam seruis, quorum latices manus hauserat almos,  
 Cognitare res tantum plenius ista fuit.  
 Is cum gustasset, sponsum uocat ocius ipsum,  
 Et tali uersas increpat ore uices:  
 Sic hodie nobis laudato more receptum est,  
 Et sacer hic nobis ritus ubiq; manet:  
 Quilibet ut sapiens generosi pocula Bacchi  
 In mensas primum ponere sponsus amet.  
 Hinc dubios ubi forte pedes tentare Lyæus  
 Incipit, et uino pectora quando calent:  
 Tum dare uina solet que deteriora putantur,  
 Dumq; solet leni soluere uimla cado.  
 Sed tu seruasti male cautus, ad ultima dona  
 Abdita, sumosis uina meraca uadis.  
 Hoc i e s v s signo dextræ documenta potentis  
 Edidit, et uerus præstítit ista d e v s.  
 Et fixa in Domiuo fratrum fiducia tandem  
 Hæsit, et ipsorum est plena secuta fides.

## E L E G I A XVII.

Christus Salvator ingressus in urbē Hierosolymam, mi-  
 sero Q

*fero et afflielo homini, qui iuxta portam ad lacum sedet, &  
aqua & salubris obseruat motum ac turbationem, medetur, in  
pristinumq; ualeitudinis gradum uno herbo restituit.*

Christus sicut rerum omnium, ita etiam morborum, ita etiam peccati & mortis, quæ causa morborum sunt, dominus est, & dominator: ut & animæ & corporis recte medicus appellari queat.

IOAN. CAP. V.

Et ascendit I E S U S Hierosolymam. Est autem Hierosolymis ad Probaticam piscina, quæ nominatur Hebraice Bethesda, &c.

**I**Nde Sionæas sese referebat ad arces  
Cum fida turba, discipulisq; D E V S:  
In Solymis autem, sacri prope mœnia templi,  
Perpetua uiuus labitur amnis aqua.  
Hic ubi pastores fluuiio mersare salubri  
Lanigeros soliti sepè fuere greges.  
Et uarijs cœli collectus ab imbribus humor,  
Finitimam fluuij stabat ad huius aquam.  
Piscinam Latius, Bethesda uocabat Hebræus,  
Porticibusq; locus quinq; per amplius erat.  
Sed recubat circum magno gens agmine fusa,  
Quam uarijs uexat pestibus ægra lues.  
Pars oculis capti iucundam cernere lucem,  
Pars solito nescit figere crura gradu.  
Huic inimica suos pestis depascitur artus,  
Huic alia in membris hæret adacta lues.

Fixi

## 126 DE MISS. SPIR. S. IN APOST.

Fixi obseruabant oculis concordibus omnes

Cum sonitu motum subsilientis aquæ.

Namq; puer celso pennatus ab æthere lapsus,

Visus ad hæc certo tempore stagna fuit.

Et quoties uenit, geminis tranquilla lacertis

Impulit, & tremule cærula mouit aquæ.

Tum uero quicunq; dabant se primus in altum,

Cum titubans retrò cœperat ire lacus;

Is citò sensit opem medica de fluminis unda,

Quisquis in obsecro corpore morbus erat.

Verum alij sese quidam sociauerat æger,

Detinuit nimium quem diurna lues.

Nam miser in luctu denum quater egerat annum,

Diminuas rursum si tamen inde duos:

Quem postquam aspexit miti cum lumine Christus,

Et morbi tantas nouerat esse moras.

Sic ait: Infelix animo que concipis intus

Vota tuo? fieri sanus, amice, cupis?

Ille res fert: Homo nullus adest, ô magne magister,

Iam famulas uellet qui mihi ferre manus:

Vt medio uada quando lacu perculsa mouentur,

Tarda sacro possem tingere membra freto.

Sed prius expediari, pulsisq; immergebar in undis,

Ante locum, casus quo uocat, alter habet.

Talia dicentem placido Deus ore tuetur

Largius, & tandem nuncia leta uehit.

Surge, res fert, lectumq; tuum pedes aufer, & ultra

Quod

Quò cupis optatum carpe uiator iter.  
 Vix ea, cùm uiuus redijt uigor artibus ægri,  
 Plenior & coepit spiritus esse uiro.  
 Ac referens humeris, nuper quibus antè iacebat,  
 Strata, cito potuit firmior ire pede.  
 Hoc autem pia fista die, tempusq; redibat,  
 Quo uacat officijs plebs operata sacrī.  
 Isacidū gens ergo uiro, cui reddita uenit  
 Alma salus, ista uerba dedere fono:  
 Sabbata iam nobis sancto de more coluntur;  
 Ferre hodie stratum lex uetat ergo tuum.  
 Me refert: Qui me sanans in pristina nuper  
 Reddidit, & sancto iussit abire lacu:  
 Me mihi dixit: Pedibus subsiste, tuumq;  
 Tolle thorūm, & faciles disce mouere pedes.  
 Isacidæ rursum: Qui te consistre plantis,  
 Et thalamum iussit tollere, qualis homo est?  
 Is uero qui saluus erat per munera Christi,  
 Nesciit ignotum prodere uoce uirum.  
 Christus enim sese fugiens subduxerat antè,  
 Quod foret hoc ipso maxima turba loco.  
 Sed breue post tempus sacras offendit ad oras  
 Hunc hominem, tali quem monet ore D E U S:  
 Ecce tibi nunc alma salus effulsi, amice,  
 Ulterius pecces, tu tibi ritè caue:  
 Ne ueniat quandoq; tibi, nil tale timenti,  
 Deterior capitī pœna luenda tuo.

Tunc

128 DE MISS. SPIR. S. IN APOST.  
Tunc uir ille abiit, alijsq; retexit amicis,  
Quod Christus, sanum qui dedit esse, foret.  
Hinc ergo magno curarum fluctuat es tu  
Scribarum timidus Pontificumq; chorus:  
Insidiatisq; nouas Domino meditantur, ab ipso  
Talia quod festis facta diebus erant.

### ELEGIA XVIII.

Christi Saluatoris cum Nicodemo phariseo colloquium  
de hominis regeneratione & iustificatione coram Deo.

Absq; regeneratione, quæ est in Flamine, flumi-  
ne & sanguine, homo saluus esse nequit. Christus  
solus est, per quem salus æterna humano generi  
est comparata.

IOAN. CAP. III.

Erat autem homo ex Pharisæis, Nico-  
demus nomine, princeps Iudeorum. Hic  
uenit ad Iesum, &c.

**V**ir generosus erat Pharisæe ex ordine getis,  
Cui uincens populus nomina uera dabit.  
Nec seu diuitias spectes, seu stemmata clara,  
Hebreos proceres ultimus inter erit.  
Hic olim, tacite defensus munere noctis,  
Cum Domino est ausus talia uerba loqui:  
Omnibus est notum uenerande magister, in orbem  
Quod genus à summo ueneris ipse Deo.  
Nemo potest etenim mortali semine natus,  
Quæ præstas, miris edere signa modis.

Nemo

Nemo potest, celso uires nisi ducat Olympo,

Et nisi diuinæ semina mentis alat.

Ille resert: Tibi uera loquor, pharisæo eloquenti

Tu mihi, non dubio pectore crede, tibi.

Sit nisi mortalis rursum generetur ab alto,

Et fuerit sacro fonte renatus homo:

Crede mihi, frustra cœlum sedesq; beatas

Expetit, & nullo tempore saluus erit.

Cui Senior: Canis si quis sit grandior annis,

Hic iterum nasci qua ratione potest?

Num poterit labi repetitam matris in aliud,

Atq; iterum uite carpere dona nouæ?

Christus adh.ec: Verè loquimur, nisi spiritus ante

Purget, & infusæ lymphæ salubris aquæ:

Stelliferam nemo poterit condescendere sedem,

Promissasq; nouæ ferre salutis opes.

Quod fuerit natum uitioso è semine carnis,

Aemula corruptæ semina carnis habet.

Quod uero ex sacro generando renascitur illo

Flamine, diuinum non nisi flamen erit.

Non igitur mirum nimium uideatur, ab alto

Quod renouare genus debeat omnis homo.

Ventus ubi placuit, spirat, labijsq; sonoris

Dum strepit, ingentes molliter afflat agros.

Et uox ipsa quidem queruli circumsonat aures

Murmuris, & magnum complet inane sonor:

Sed qua parte poli ueniat dimisus, & alti

Quod petit, ignotum est, ætheris ille latus.  
 Sic habet omnis homo, post primæ exordia uitæ  
 E` Flatu genitus qui meliore fuit.  
 Respondet Senior: Nobis edissere porro,  
     Quo fieri possint talia Christe, modo.  
 Prosequitur Diuus: Iudea in gente magistri,  
     Qui tamen hæc nescis mystica, nomen habes?  
 Crede mihi, loquimur, uerè quod scimus: et ista  
     Quæ nunc testamur, uidimus antè, tibi:  
 Sed maiora fide mea nunc tibi uerba putantur,  
     Et tibi difficile est credere cuncta mihi.  
 Num feror in terris, humilem dū serpo per orbem,  
     Si mihi non certam uultis habere fidem:  
 Quām bene credetis, si cœlo extendere sensus,  
     Atq; domus superas si per agrāre uelim?  
 Nemo petit cœlum, cœlo nisi missus ab alto,  
     Qui tamen in cœlo permanet, unus homo.  
 Ac ueluti in uasta Moses serpentis eremo  
     Effigiem quondam iussus, in alta tulit:  
 Sic hominis natus pariter, pariterq; Tonantis  
     Pro populo ferri debet in alta suo:  
 Ut quos in meritum spes illius eriget una,  
     Non possint ulla conditione mori:  
 Pectore sed leto diuina luce fruentes,  
     Stelligeri teneant aurea regna poli.  
 Namq; Deus tanto mundum dilexit amore,  
     E` gremio ut natum mitteret ipse suo:

Omnis

## LIBRI TERTII. 11

Omnis ut hunc fido complexus pectore solum,

Non sit tartareis preda uoranda lupis:

Sed sibi lucretur celum, dulciq; fruatur

Aspectu uiui, colloquioq; DEI.

Non etenim natum celso demittit Olympos,

Conditor, ut mundo triflia iura ferat:

Sed magis à diro uindex ut liberet hoste,

In laqueos morti qui cecidere suos.

Pectore deuoto quisquis confidit in illum,

Iudicium nescit triste timere Dei:

Qui uero infelix auerso respuit ore,

Hunc sua damnatum poena statuta manet:

Et causa dudum cecidit, quia noluit ille

In gnati nomen credere dulce Dei.

At scelus hoc mudi est, quod lux noua fulsit in orbe,

Cui tenebras homines ante tulere suas.

Nam mala que fecit mens, & uitiosa uoluntas,

Quicquid erat tandem, nil nisi crimen erat.

Qui raptus sequitur peruersa, friuola mente

Facta, iubar clari luminis ille fugit:

Et latet in tenebris, ne forte redarguat ipsum

Criminis, & culpæ lux agat alma reum.

Qui uero ingressus puræ uestigia uitæ,

Et pia quem ueri cura, fidesq; tenet:

In lucem prodit, manifesta ut peruia luci

Gloria uirtutis splendeat alta suæ.

Namq; bonū est, quicquid peragit, laudēq; meretur:

1 2 Dum

Dum vires Domino cuncta iuuante fecit.

### ELEGIA XIX.

*De dinitate adolescentie, cui suadet Christus, ut sua omnia  
uendat bona, & in egenos conseruit, & deinde ad sequendum  
se ueniat. Ille autem hoc auditio, tristis et perculso animo abit.  
Vnde Christus dicit, ualde graue diuitibus esse, ut uitam aeternam  
consequantur.*

In laqueos incidunt, qui diuitias possident, si  
cor ijs affigunt, neq; ijsdem ritè utantur. Deus omni-  
potens est, qui omnia, quamuis homini incredibili-  
bia ea sint, solus potest efficere.

### MATTH. CAP. XIX.

Et ecce unus accedens, ait illi: Magister  
bone, quid boni faciam, ut habeam uitam  
aeternam? Qui dixit ei, &c.

**H** Inciuuenis, prima signans intonsa iuuenta  
Ora, Deum uerbis talibus acer adit:  
Quid bone preceptor faciam, que persequar, olim  
Aurea quo possum templa tenere Dei?

Huic Dominus: Cur quo bonum me dicis, amice?  
Nemo bonus, solus quam Deus, esse potest.

Tu uero si forte soues spem per flore coeli,

Si petis aethereæ limina sacra domus,

Hæc præcepta tene: Domini mandata capesse:

Et tua sit iussis consona uita Dei.

Plura sed ille rogans, sic ore effatus amico est:

Qualia Christemones, iussa sequenda, refer?

Reddit

Reddit ei Dominus: Nullum demittito morti,

Sed seue vacuas cædis habeto manus.

Non etiam debes castum temerare cubile,

Ne'ue oculis placeat forma pudica tuis.

Non facias furtum: non fraudem innocere tentes,

Vt bona, quæ frater possidet, ipse legas.

Tum contra, fuge ficta loqui mendacia, fratrem,

Nec coram falso iudice testis eris.

Præterea matremq; tuam, carumq; parentem

Suspiciens iusto semper honore colas.

Deniq; sicut amas pleno te semper amore,

Sic eris in fratrem plenus amore tuum.

Dixerat hec Dominus: cui tunc pulcherrimus ore

Responsum iuuenis tale referre parat:

Obseruata mihi primis h.ec semper ab annis

Cuncta, reor, quorum me pie Christe mones.

Sed tamen ulterius per te me ritè moneri

Optarim, & porrò quæ facienda, dabis.

Tunc Deus effatur: Si tendis in ardua, toto

Perfectus fieri si modò corde cupis:

Vade domū, & quæcūq; tenes, iā distrahe nummis,

Pauperibusq; alma suggere dona manu.

Sic sacra thesauri cœlo, quæ tinea nulla

Sulcabit, poteris condere dona tibi.

Inde ueni, & quascunq; uocat fortuna per oras,

Cum socijs dubiae sis comes ipse uie.

Hec ubi uerba simul perculta mente recepit,

Pallida deiecit lumina tristis humo:  
 Et se se reprimens, subito in sua tecta refugit,  
 Vsus ubi uitæ liberioris erat.  
 Diuitijs etenim multis florebat, & ipsi  
 In primis redditus grandis & amplius erat.  
 Tunc sic Christus ait: Grauis & res ardua certe est  
 Diuitibus, regnum posse uidere Dei.  
 Nam citius poterunt immanis crassa camelii  
 Ire per angustæ membra foramen acus:  
 Quam possit tenuem, quæ dicit ad æthera, callem  
 Scandere, & ad coelum uincere diues iter.  
 His super attoniti comites hæcere repente,  
 Hirsutæq; ipsis diriguere comæ.  
 Atq; ita dixerunt: Igitur quis saluus Olympi,  
 Quis tandem sanctum limen adire potest?  
 Ille autem in socios defigens lumina, fatur:  
 Hec homines, fieri non bene posse sciunt.  
 Sed res illa Deo facilis, paruiq; laboris:  
 Omnia nam dextra cuncta mouente potest.

FINIS LIBRI  
tertij.

NOBI

**N**O BILI ET INGE-  
 NIOSO ADOLESCENTI,  
 IOANNI CASPARO AB  
*Annuil*: uirinobilitate generis, doceri  
 na, prudentiaq; ornatisimi, D.D. 10-  
 ANNIS ALBERTI ab *Annuil*:  
 illustrissimi Marchionis Phorcensis,  
 per ditionem Rætelanam prefectum.  
 mi, FILIO: PAVLVS CHER-  
 LERVS Elsterburgensis sa-  
 lutem optat.



ONS VEVERUNT LITERA-  
 ti homines, optime adole-  
 scens, cum de suis uigilijs  
 aliquid exire, atq; in lucē  
 emanare uolunt, certos si-  
 bi patronos eligere, quorū nomini suos  
 labores inscribere, & dedicare queant. Id  
 quod, opinor, ab ipsis eā factitari ob cau-  
 sam, ut uel nouorum hominū amicitias  
 sibi possint comparare: uel quas habet  
 cū ueteribus, si sunt obscurate, renouare.

uel utrorumq; amplificare, atq; conser-  
uare. Qua quidem in re neq; ineptè, neq;  
inconuenienter naturæ quicquam mihi  
facere uidentur. Si enim honesta bono-  
rum amicitia est expetenda, quemadmo-  
dum sine ea nemo mortaliū potest uitam  
sibi beatā arrogare: ex eo consequi necel-  
se est, neq; uiam & rationē, qua ad eā uel  
perueniatur, uel ubi peruentum est, fir-  
mè persistatur, negligi atq; contemni de-  
bere. Via autem & ratio, præter cætera,  
etiam una statuitur esse à doctis uiris, cō-  
fuetudo ista iam olim recepta, libros sine  
nouos, siue tantùm nouos factos per a-  
lios, certis personis dedicandi. Nam id a-  
mici & beneuoli animi significationem,  
ac notam minimè obscuram, præ se fer-  
re, planè uidetur. Quare cùm ego superio-  
ri tempore apud me cogitarem, mi stu-  
diose adolescens, de aliquo patrono, quē  
hisce meis Progymnasmatis, quæ mihi  
inter ocium literariorum domi intra priua-  
tos parietes nata sunt, darem: tui memo-  
ria & recordatio mentem subiit, & iussit  
occasio, suasit cupiditas, uicitq; uolūtas,  
ut istum morem, quem suprà attigi, secu-  
tus, planè nomini tuo hanc meā qualem-  
cunq;

cunq; operam consecrandam esse, arbitrarer. Itaq; ut facerem, non leues habere causas mihi sum uisus. Nam quia ea quæ præcedunt, illustri & generoso adolescenti, Domino ERNESTO, nato Marchioni Phorcensi, inscripsi atq; obtuli: te in his quæ consequuntur, quasi ordo naturæ uocare potuit atq; postulare. Ita enim coniuncti estis, ita æquales in rebus multis, ut nihil coniunctius, nihil æquale magis dici aut excogitari queat. Sub uno namq; Præceptore pietati & moribus, liberali q; doctrinæ operam datis, pari coniunctu utimini, ijsdem studijs dediti estis, eodem loco habitatis, indole atq; ingenij non dissimiles, amore fraterno parres, ætate uero plane æquales estis. Vide te igitur mei optatissimi iuuenes, quam uos in multis fortuna coniunctos uelit: & quam pulcas suppeditet occasionses, ut indies singulos pluribus in rebus, anteriori modo uestra amicitia, atque societas coeat, ac coalescat. Deinde quoque parenti tuo debeo, Ioannes Caspare, propter officia, quæ sæpenumerò & mihi, & alijs, qui stipendia facimus illustrissimo Domino, Domino Carolo Mar

138 E P I S T . D E D I C A T .  
chioni Phorcensi , quem honoris causa  
appello , in synodo Rœtelana prestat . Pro  
ijs cum alia iam ratione gratam declara-  
re animi uoluntatem non possim , hac sal-  
tem uice eorum uolui honorificam re-  
cordationem publicè extare . Tu uero o-  
ptime adolescens , hoc quicquid tui cau-  
sa feci , benignè accipies , & in recta uirtu-  
tis uia , quam pleno gradu ingressus es ,  
strenue perges , ut patri tuo , seni optimo ,  
& bene merito , uoluptati : amicis , laude :  
familiæ , honori : rei publicæ atq ; Ecclesiæ  
usui , atq ; emolumento esse possis . Bene  
uale . Basileę Heluetiorum , in possessio-  
nibus Patris tui , anno Salutis ,

M . D . LXXXI . Calen-  
dis Martijs .

C A R .

C A R M I N V M  
 QVORVNDAM, SEV PRO-  
 gymnasmatum, quæ & pia & sacra, &  
 ab ijs quæ præcedunt, non  
 aliena sunt:

L I B E R   Q V A R T V S.

C A R M E N   I.

*Vtilitas, & singularis fructus, qui ex nativitate Christi  
 Saluatoris ad nos, omnesq; credentes est profectus.*

Ex Germ. Ein kindelcinc so loblichein/ ist vns  
 geborn heute, &c.

I.

 V A M blandus nobis hodie fuit e-  
 ditus infans,  
 Infans, quæ titulis nomina ple-  
 na decent:  
 Editus est, magno plenæ ut boni-  
 tatis amore

Colligeret sparxi membra relicta gregis.  
 Si non ille puer nostros migrasset in artus,  
 Essemus Stygijs apta rapina lupis:  
 Ille sed ex animis saeuæ contagia culpæ  
 Eluit, & reddidit dulce salutis opus.  
 Christe puer natus, diuini pignus amoris,  
 Auerte à populo tartara nigra tuo.

Vir-

## II.

Virgine de pura nobis hac luce tenellus,  
 Quem diuina decet gloria, natus adest.  
 Natus adest, ut morte sua sibi vindicet uni  
 Humanum Stygio uictor ab hoste genus.  
 Paruulus iste puer si nostra subire negasset  
 Corpora, susceptus nullus in astra foret.  
 Sed uite tener ille noue noua dona reponit  
 Omibus, & clausam pandit ad astra uitam.  
 Christe puer, iam natus homo, nos vindice dexter  
 Inferni scuis affere, quæso, minis.

## III.

Quam dulcem puerum, quam pulchrum casta nepotem  
 Edidit hoc nobis uirgo Maria die.  
 Edidit, ut nobis tandem solatia ferret,  
 Quos miseris urgent tristia fata modis.  
 Omnes crudeli satanas tenuisset auerno,  
 Natus homo nobis ni foret ille nepos.  
 Ah diuine puer, puer ah dulcissime IESV,  
 Qui geris humane debile carnis onus:  
 Nos precor hærentes in diri faucibus orci  
 Eripe, & hinc manibus transfer in astra tuis.

## IV.

Vt puer augustus nobis hoc tempore cunctis  
 De tenera fragilis uirgine natus homo est.  
 Natus homo est, nobis esset quo dulce leuamen,  
 Ipse quibus saithanas triste grauamen erat.

Mors

Mors æterna quidem cunctis subeunda fuisset,

Hic parvus fieri quando negasset homo.

Sed nobis reuocat certam puer ille salutem,

Et nos è Stygio ducit ad astra lacu.

Dulcis nate Dei, natus mortalis, ab orci

Conserua tenebris nos, precor, ipse nigris.

v.

Quam puer egregius nobis mortalibus ægris

Virginico est hodie semine factus homo.

Factus homo est, nobis delicti mole grauatis

Auxilium ut ferret pro bonitate sua.

Omnibus æterna pereundum morte fuisset,

Si non hæc soboles progenerata foret.

Quod nunc ergo salus misericordia effulserit, uno

Illud ab hoc puer, non aliunde uenit.

Christe puer, nostra nasci dignate figura,

A nobis Stygias, quæso, repelle minas.

vi.

Ut sobolem pulcram nobis hoc tempore partu,

Aethereo uirgo semine mista dedit.

Scilicet ad nostram uirgo dedit illa salutem,

Affera quos uaria fata dolore premunt.

Si minus humani sumpsisset corporis ossa

Ille nepos, coeli ianua clausa foret.

Sed nunc è tenebris pulcras in luminis duras

Captiuum reuocat parvulus ille genus.

Sancta Dei proles, quæ nostros induit artus,

Infer-

142 PROGYMNASM. SAGROR.  
Infernū à nobis tu procul esse iube.

VII.

Quām pulcer nobis hac ipsa infantulus hora,  
Natus homo mira uirgine, lege fuit:  
Scilicet ut nobis ferret solamina lēta,  
Quos misera Sathanas conditione premit.  
Spes foret eternis cunctis incisa salutis,  
Hęc nisi progenies nata fuisset homo.  
Ecce sed optatam reddit puer ille salutem,  
Que graue per colubri crimen adempta fuit.  
O' puer alme Dei, nostrae uestigia formæ  
Qui seruas, Stygijs uincula solue iugi.

VIII.

Quām dedit insignem nobis hac luce tenellum,  
Afflatu prægnans facta puella sacro:  
Edidit, ut pressos, Sathanas quos acrius urget,  
Affereret, cunctis eriperetq; malis.  
Nostrī habitum si non sumpsisset corporis ille,  
Omnibus atra foret calce terenda uia:  
Captiuos autem seruili è carcere Ditis  
Expedit, & Stygijs liberat ille iugis.  
Gnate Dei, qui membra subis mortalia, cœtum  
Tartareis prohibe faucibus oro, tuum.

IX.

Quām suauem, caruntq; simul, pulcrumq; puellum  
Hac peperit nobis uirgo pudica, die:  
Qui feret auxilium pressis, atq; afferet ultrā:

Qui

Qui uestus à nobis abluet omne nefas.  
 Si non ille puer nostros abijset in artus,  
 Tota foret nobis perdita nostra salus:  
 At siboles hæc sola polo nos reddit, & ultrò  
 Crudeli miserum seruat ab hoste genus.  
 O' iucunde puer, qui nostri in sede moraris  
 Corporis, inferno nos precor igne leua.

x.

Quam blandum genuit nobis hac luce nepotem  
 Incolumi genitrix virginitate pia:  
 Progenies cuius cœlesti semina nata,  
 Auxilium nobis, dulce decusq; uenit.  
 Humanas sentire uices si fortè negasset,  
 Poena foret dempto fine luenda necis:  
 Ne sed humano soluens pro crimine poenas,  
 Restituit uitæ munera grata nouæ.  
 Sancte Dei fili, qui nostram sumere carnem  
 Non horres, Stygiæ tu quoq; tolle nimas.

## CARMEN II.

De passione & morte Christi Salvatoris, & de usis ac  
 fructu, qui eam est consecutus.

**Q**ui iubar excellit Phœbi radiantis, & alma,  
 Aurea qui uincit sidera, luce poli:  
 Brachia transfoſsus, pectus lacer, ora cruentus,  
 De cruce sublimi fleibile pendet onus.  
 Mollia purpurei qui uexit gramina campi,  
 Qui pulcro uarias corpore pingit aues:

Corpo

## 144 PROGYMNASM. SACROR.

Corpo<sup>r</sup>e detectus toto, terram inter & astra

Hæret, & informi stipite nudus obit.

Et qui cuncta facit uiuo spirare uigore,

Quicquid habet mūdus, sidera quicquid habet:

Heu dolor, in ligno moriens expirat, & inter

Latrones medius cernitur, ecce, duos.

Os etiam fuluo longe preciosius auro,

Plurima cum sputis mista saliuia notat.

Et caput, in terris quod cuncta gubernat & astris,

Sentibus è duris texta corona premit.

Perq; manus illas, coeli quæ fulmina torquent,

Effuso penetrans sanguine, clavis abit.

Atq; pedes sancti, cœli quos omnis adorat

Ipse chorus, ferro transfodiente rigent.

Cur tamen astrorum Dominus, rerumq; Creator

Tam miseræ in ligno funera mortis obit;

Scilicet humani generis pro criminè lytrum

Soluit, & id proprio sanguine mitis emit.

Ergo cadit nostræ pro criminè uictima culpe,

Vnica cœlesti uictima grata Patri.

Et se mactari patitur, non noxius agnus:

Liberet ut santes ipse cruore suo.

O' bone Christe, grauis toleras qui uulnra mortis,

Qui nunc pro nobis, quod facis, omne facis:

Brachia sublimi ligno distenta, gementum

Ipse bonus uotis porrige, quæso, pijs.

Et caput, expirans quod flectis in arbore celsa,

Incli-

Inclina famulis, Christe benigne, tuis.  
 Per tua nos serua, per uulnera, uulnera quinq;  
 Purpurei riuus sanguinis unde fluit.  
 Crimina nostra, precor, nobis ignosce benigne,  
 Vulnera Christe quibus fecimus illa tibi.  
 Te duce possumus satanam deuincere, nostræ  
 Te duce uincamus futile carnis opus:  
 Vulneribusq; tuis tandem, pie Christe redemptos  
 Accipiat tecum nos paradisus, Amen.

## CARMEN III.

Gloriosa Christi Salvatoris resurrectio à mortuis, & ui-  
 gloria, quam per eam à suis & nostris hostibus reportauit.

Ex Germ. Luth. Jesus Christus vñser heis-  
 land/der den todt überwandt/ist/te.

I.

**C**hristus ubi morte uictor domuissest I E S U S;  
 E' tumulo rursum uiuida membra leuat.  
 Atq; triumphato rediens sublimis ab hoste,  
 Victrici duxit crimina capta manu.  
 Qui sine labore fuit, qui criminè purus ab omni;  
 Pro nobis iram sustinet ille Dei.  
 Et reddit merita dulcem pro morte salutem,  
 Cœlestem mitem dum facit ipse patrem.  
 Dæmone cum fuso mortem, peccata, fauorem,  
 Hæc habet in manibus cuncta reposta suis.  
 Ille potest omnes seruare, fôuere, tueri,  
 Quos fidos socios ipsius esse iuuat.

h

Pero

II.

Perdomita Christus fuso cum dæmone morte,  
 Tartareo latus uictor ab hoste redit:  
 Et sceptris peccata suis submisit, & ultrò  
 Abstulit à nobis criminis omne nefas.  
 Qui sine labe fuit pura de uirgine natus,  
 Illum cœlestis nunc premit ira patris.  
 Et rursum ut Domini miseris effulserit alma  
 Gratia, per meritum præstulit ipse suum:  
 Cum sathanæ uictum crimen, cum morte fauorem,  
 Hæc Deus in dextra uindice cuncta gerit.  
 Omnibus ille potest, eius qui castra sequuntur,  
 Optatam dubijs ferre salutis opem.

III.

Victor ubi Christus mortem compresserat atram,  
 Latus ab inferno signifer orbe redit:  
 Peccatumq; manu domitum uictrice coegit,  
 Ut daret eterno colla premenda iugo.  
 Qui sine delictis fuerat conceptus, & ullis  
 Criminibus, læsum pertulit ille patrem.  
 Vnde pius genitor, largo placatus amore,  
 Hoc iterum nobis, conciliante fauet.  
 Mors & culpa, fauor, sathanas & tartara nigra  
 Sunt penes hunc solum talia cuncta ducem:  
 Omnes ille fouet, quos spiritualia sanctis  
 Illius in castris æra merere iuuat.

III.

Presserat ut mortem diuino numine Christus,  
 E' ges.

E' gelida uiuo corpore surgit humo.  
 Et secum ducens signum, peccata, triumphi,  
 Palmæ defixit lœta trophæa suæ.  
 Qui purus sceleris fuit, & sine crimine natus,  
 In caput ipsius decidit ira patris.  
 Ille idem propria cœlestem morte parentem  
 Conciliat, perfert dum graue mortis onus.  
 Pallida mors pariter, pariter satanasq; fauorq;  
 Illius in fortisstantq; caduntq; manu:  
 Ille etiam rerum dubio in discrimine seruat,  
 Quæ sunt militie dedita membra sue.

## v.1

Quando triumphator Christus deuicerat hostem,  
 A domito letum se Phlegethonte refert.  
 Supposuitq; iugis heroa crimina dextrâ,  
 Et premet imperio tempus in omne suo.  
 Qui fuit innocuus semper, quem nulla uoluptas  
 Attigit, à nobis sustulit omne nefas:  
 Atq; suum nobis placauit sponte parentem,  
 Dum subit immeritæ fleibile mortis onus.  
 Demonium, uitam, mortem, peccata, salutem,  
 Hæc tenet, & celo sub pede cuncta domat.  
 Ille suos tuto semper conseruat asylo,  
 Nomen in ipsius spes quibus una manet.

## v.1.

Saluator postquam mortem superauerat, auræ  
 In claras Stygio rursus ab orbe uenit.

k z

Et

## 148 PROGYMNASI. SACROR.

Et peccata trahens arctis religata catenis,

Supposuit pedibus, perdonuitq; suis.

Qui fuit et uitijs et culpa liber ab omni,

Pro nobis merite funera mortis obit.

Et dum mille quidem patitur ludibria, reddit

Propitium nobis hac ratione Deum.

Nunc sathanam, captuq; scelus, mortemq; ligata

Sub forti torquet talia cuncta pede.

Scilicet infestis defendit ab hostibus omnes,

Quos iuuat ipsius fortia signa sequi.

## VII.

Christus ubi mortem uicto cum dæmone fudit,

In lucem reuelat corpora uiua nouum.

Et iam peccatis inimica in uincula clausis,

Militiae statuit signa uerenda suæ.

Qui sine peccato fuit editus, ille dolores

In proprio nostros corpore sponte tulit:

Cœlestemq; sua nobis pietate parentem

Ipse facit mitem, conciliatq; bonum.

Ipsius æterno pendent à numine cuncta,

Mors, crimen, sathanas, uita fauorq; Dei.

Et medijs saluos Deus eruit ille periclis,

Ipsi qui plena fidere mente queunt.

## VIII.

Cum Dominus uitæ mortem superasset I E S U S,

E tumulo se se laetus hiante tulit:

Et spolia ampla ferens infesto à dæmone secum,

In manibus duxit crimina uincta suis.  
 Qui fuit erratis alienus ab omnibus unus,  
 Pro nobis patitur fata seuera necis.  
 Iratumq; sua nobis bonitate Tonantem  
 Mansuetum reddit, propitiumq; facit.  
 Cum satana mortem, pariter cum morte fauorem:  
 Cumq; fauore scelus, cunctaq; solus habet.  
 Quisquis ab hoc Domino deuoto pectore pendet,  
 Omnibus ærumnis hoc duce liber erit.

## CAR MEN IIII.

De Spiritu sancto, eiusq; officio, quod est, ut humiles, affectus & perculsa mentes erigat, moneat, consoletur.

Ex rythmis antiquis, de Spiritu sancto  
compositis.

I.

**S**ancte ueni Flatus, mentiq; illabere nostræ,  
 Et lucis radios sensibus adde tuæ.  
 Donorum dator alme ueni, pater unice pressis,  
 Lux cæcis fulgens, tristibus alma quies.  
 Solator timidis uerus, dulcissimus hospes  
 Aegrotis, miseris dulce leuamen ades.  
 Dulcis in ærumnis requies, & suavis in æstu  
 Temperies, solans in lachrymisq; comes,  
 O lux alma Dei, tu pectoris intima reple  
 Huius, qui pura te colit usq; fide,  
 In nobis nihil ecce tuo sine nomine: nostris  
 Ah nihil innocuum mentibus esse potest.

k 3 Sordi-

150 PROGYMNASM. SACROR.  
Sordida cuncta laua bonus, arida cuncta benignus

Ipsa rigat, sana saucia cuncta pius.

Igne fouetio tuo tu frigida, deuia nutu

Flecte tuo, emenda numine dura tuo.

Da cunctis placido sacra septenaria nutu,

Qui tua sincera numina mente colunt.

Suggerere uirtutis meritum, preciumq; salutis,

Læticiæ donum daq; perennis: Amen.

2. Aliud diuersum à su-  
periori.

Gratia diuini Flatus se in pectora nostra

Inserat, et faciat templa sacrata sibi.

Exime purgatis fordes à mentibus omnes

Spiritus, illustrans lumine cuncta tuo.

Immensas nostro tenebras è pectore pelle,

Castæ uiri sensus qui meditantis amas.

Ipse tuum charisma pijs insunde medullis,

Qui uetus à nobis diluis omne scelus.

Sic oculum clemens, imi rege pectoris ipsum,

Possit ut in uera luce uidere Deum.

Vatibus hoc olim nutu propiore dedisti,

Ut Christi canerent inclita facta sui.

Fratribus hunc animum duodenis adiçis ipse,

Per mundum ut Christi lœta tropheæ uehant.

Quando pater uerbi magnus uirtute creabat

Omnia, que mundi machina culta tenet:

Tu super aerias libratus Spiritus, undas,

Igne

Igne fones rerum corpora cuncta tuo.  
 Et uiua aspirans rebus uirtute creatis,  
 Viuere non proprio cuncta uigore facis.  
 Tu facis, ex nobis sacrato fonte renatis,  
 Ut fieri possit spiritualis homo:  
 Tu nos ipse facis uarijs exponere linguis  
 Omnia, quæ præstat dextera magna D E I;  
 Inq; uiam reuocas à uero tramite lapsos,  
 Ut celebrent cultu conueniente Deum.  
 Ergo preces nostras, quas fundimus, accipe pronus:  
 Accipe, dum uultus sternimur ante tuos.  
 Te sine namq; preces, gemitus lacrymasq; profusas  
 Auribus indignas credimus esse Dei.

## 3. Veni creator Spiritus, &amp;c.

Sancte ueni Flatus, rerum cum patre creator,  
 Et resoue placidus dedita corda tibi.  
 Suffice tu nobis coelestis dona fauoris,  
 Quos tua mirandum dextera fecit opus:  
 Tu, qui dulce geris Paracleti nomen ex omen,  
 Munus es, æterni qui regit astra patris.  
 Fons uiuax, ignisq; calens, dilectio uera  
 Diceris, unguentum spirituale simul.  
 Accumulas largus plenis tua munera dextris:  
 Tu digitus dextra diceris esse Dei.  
 Promissum tu ritè patris, uarijsq; per orbem  
 Ipse iubes linguis ora soluta loqui.  
 Sensibus in nostris diuinam accende fauillam,

## 152 PROGYNASM. SACROR.

In nobis ueri semen amoris alc:  
 Inde tuo firmans nostræ imbecillia mentis  
 Numine, cœlesti ritè uigore foue.  
 A' nobis remoue crudelem longius hostem,  
 Et dona pacis munera sancta tue.  
 Te duce sic cauti uitabimus omnia, nostris  
 Que poterunt animis forsan obesse, mala.  
 Te duce possumus uenerandum agnoscere patrem:  
 Et genitum, cari gaudia uera patris.  
 Et te credamus confiso pectore, dulci  
 Cum gnato pariter, cum patre numen idem.  
 Sit laus summa Patri, sancto sit gloria Nato:  
 Et decus afflatus sit tibi Sancte Dei.  
 Filius & dulcem sacrati Flaminis auram  
 A' patria nobis mittere sede uelit

## CARMEN. V.

*Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in eum, non pereat, &c.*

IOAN. CAP. III.

I.

**S**ic Deus hunc primo mundum dilexit ab eo,  
 Traderet ut gnatum pignora cara suum:  
 Omnis ut, arripiens hunc fido pectore solum,  
 Non sit tartareis obuia præda lupis:  
 Sed magis in coelo, uitæ cum uindice Christo,  
 Dulcia perpetuæ gaudia lucis agat.

II.

Sic Deus à prima dilexit origine mundum,  
 Ut natum ex patro mitteret ipse sinu:  
 Illius ut puro qui fassus nomina corde  
 Credit, ad infernas non rapiatur aquas.  
 Sed patris ætherei latus consendat in aulam,  
 Est ubi perpetuis uita parata bonis.

III.

Sic genus humanum cœlorum rector amauit,  
 Ut caram sobolem, progeniemq; daret:  
 Illius ut merito firmè qui nititur uno,  
 Non gregis amiſi perdita fiat ouis:  
 Sed duce, cœlesti Christo sociatus ouili,  
 Cum pastore suo gaudia uera colat,

IV.

Sic pater omnipotens mundum dilexit iniquum,  
 In mortem sobolem uellet ut ire suam:  
 Ut, solida quicunq; fide dependet ab illa,  
 Non poſſit uitijs perditus esse suis:  
 Sed potius Christi preciosa morte redemptus,  
 Incoleat æterni regna beata Dei.

V.

Scilicet in mundum tanto Deus arſit amore,  
 Ut natum in mortem iuſſerit ire suum:  
 Ut, quibus in tali fixa est fiducia cordis,  
 Non premat hos grandis uindicis ira Dei:  
 Pectore sed læto cœlesti luce fruentes,

k s Poſſi

Possideant uitæ gaudia uera nouæ.

## VI.

Sic Deus hunc mundū patrio est amplexus amore,  
Ut supera prolem mitteret arce suam:  
Ut, pura quicunq; fide confidit in ipsam,  
A Stygijs nunquam destituatur aquis:  
Sed sibi lucrari cœli pulcherrimus heres  
Stellati possit regna beata throni.

## VII.

Ipse Deus tanto est homines complexus amore,  
Ut naum è celso mitteret axe suum:  
Illiis ut fixus solo qui sanguine pendet,  
Aeterna nequeat morte perire miser.  
Dulcia sed semper donato gaudia cœlo,  
Funera per Christi sola redemptus, agat.

## VIII.

Sic pius hunc miserum dilexit conditor orbem,  
Ut daret optatum mortis in ora suum.  
Ut quicunq; suam tantum spem ponit in ipsum,  
Non ruat ad Stygij perditus ima lacus:  
Mente sed ut possit tranquilla mortuus, olim  
Gaudia cœlestis leta subire throni.

## CARMEN. VI.

Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè placitū est,  
hunc audite, &c.

Dictum hoc Dei patris est, quod de filio  
suo Christo Saluatore, è cœlo loquitur.

MAT. CAP. III.

I. Hæc

I.

**H**AEC M: A progenies, hic est mihi filius unus,  
In quo sunt animo gaudia uera meo.  
Hunc uolo, quisquis alit spem leti pectore cœli,  
Audiat, hic ueræ iura salutis habet.

II.

Hec dilecta mihi soboles, hæc unica proles,  
Quæ me delectat, quæ mihi sola placet.  
Hanc uolo, coelestis quem tangunt gaudia uitæ.  
Audiat, & pleno pectore totus amet.

III.

Hic est dilectus, per quem mihi gaudeo, natus,  
Quo mihi nec quicquam dulcius esse potest.  
Huic soli timidas præstatæ fideliter aures:  
Scilicet hic ueram monstrat ad astra uitiam.

IV.

Hic meus est gnatus, natus carissimus ille est,  
Cui faueo dulci raptus amore pater.  
Audiat hunc omnis conuerso pectore solum,  
Aurea suspirat quisquis ad astra poli.

V.

Hec electa mihi soboles, hic unicus hæres,  
In quo delector complacetoq; mihi.  
Ulius arrectas uerbis accommodet aures,  
Sidera qui quondam clara tenere cupit.

VI.

Hoc mihi dilectum pignus, pulcherrimus hic est  
Filius,

156 PROGYMNASMI. SACROR.

Filius, ex tota qui mihi corde placet.  
Hunc animis audite pijs, audite benignis,  
Hæredes patrij quos iuuat esse poli.

VII.

Hæc optata mihi proles, mea magna uoluptas  
Hæc soboles omni est tempore sola mihi.  
Illijs attentas sermonibus aplicet aures,  
Qui cupid ætheræ limen adire domus.

VIII.

Hic meus est hæres, & carus filius, unde  
Dulcis amor menti, deliciaq; meæ.  
Illijs & memores & fidas præbeat aures  
Vocibus, ad superas qui cupid ire domos.

CARMEN. VII.

In lege Domini uoluntas p̄q: & in lege eius meditabitur  
die at nocte. Non sic imp̄q:, &c.

PSALM. II.

I.

Qvisquis amat plena Numē cognoscere mēte,  
Quisquis amat celsi regna subire poli:  
Sedulus assuescit sacros euoluere libros,  
Ut pectus solida muniat inde fide.  
At uaga quem stulti delectant gaudia mundi,  
Ille terit uanis tempora cuncta iocis.

II.

Aeternum quicunq; Deum bene noscere gaudet,  
Et cœli læto gaudet honore frui:

Is legi

Is legit aſſiduè diuini oracula uerbi,  
Scilicet ut plenam poſit habere fidem.  
At cui blanditur mundi fugitiua uoluptas,  
Aetatem fallit turpiter ille ſuam.

## III.

Quem iuuat eternum uerè nouiffe parentem,  
Viuere supremum quem iuuat ante Dcūm:  
In ſacris gaudet ſemper legiſſe libellis,  
Ut fidei uires hauriat inde pie.  
Quem uero ſtolidi permulcent gaudia mundi,  
Hic uitam perdit, perditus ipſe, ſuam.

## III.

Cœleſtem quicunq; cupit cognoscere regem,  
Et quondam in cœlis filius eſſe Dei:  
Sedulus hic uerſat diuina uolumina ſemper,  
Semper ut acceptam nutriat inde fidem.  
Sed mundi quemcunq; trahit dulciſſima uita,  
Luditur, et nugis tem pora uana terit.

## V.

Noſcendi quem cura Deum pulcherrima tangit,  
Scandere qui cœli ſidera celsa petit:  
Ue, pio motus ſtudio, ſacra Biblia uoluit:  
Ut magis atq; magis pullulet alma fides.  
At quemcunq; tenet blandis affueta uoluptas,  
Transmittit uacuos turpiter ille dies.

## VI.

Qui uero trahitur Domini uiuentis amore,

*Omnia.*

## 158 PROGYMNASM. SACROR.

Omnia qui nutu seruat ubiq; suo:  
 Sæpius hic uersat sacri mysteria uerbi,  
 Ut discat solida fidere mente D E O:  
 At male qui sanus mundo blanditur incerti;  
 Ille sibi furans tempora cuncta perit.

## VII.

Aeterni quem uera mouet dilectio regis,  
 Quem iuuat æthereæ regna subire domus:  
 Ille legit, re legit diuini dogmata uerbi,  
 Ut fidei firmet robore corda suæ.  
 Qui uero illecebris mundi sese implicat, ille  
 Tempora desidie perdere cuncta solet.

## VIII.

Noscere cui mens est uera plectate Tonantem;  
 Qui coluisse petit regna beata Dei:  
 Sæpius hic audit diuinæ oracula Musæ,  
 Ut soueat fidei semina parua suæ:  
 Qui uero mundi nugis indulget amicis,  
 Amissos miserè transigit ille dies.

## C A R M E N VIII.

Precatio Ecclesiæ pro conseruatione uerbis diuini, contra  
 Papam atq; Turcam, acerrimos huius persecutores.  
 Ex Germ. Luth. Erhalte uns Herr bei deinem  
 wort, und steyer des/re.

## I.

**I**N uerbo nos ipse tuo mitissime serua  
 Conditor, & Turcam Pontificemq; preme:  
 Robo:

Robore qui socio carum tua gaudia natum,  
Conantur folio præcipitare suo.

Nunc uires effunde tuas ter maxime Christe,  
Qui solus Domini nomina uera geris.

Ah quæso tua membra tuis defende sub alis,  
Ut merito tollant nomen honore tuum.

Solamen misericordia Flatus sanctissime, Sancti  
Fac ut fraternæ foedera pacis ament.

Dis rogo nobiscum dubie in certamine mortis,  
Et simul in uitam nos comitare nouam.

## II.

Salua tui nobis serua mysteria uerbi,

O Deus: atq; hostes fortiter usq; doma.

Hostes, qui patrio cupiunt effundere cœlo

Progeniem proprijs uiribus, ecce tuum.

Exere Christe tuas uires, nunc exere Christe,

Maxima qui regum nomina solus habes.

Fac miserum tueare gregem, quò liber ab isto

Carcere, te iusto semper honore colat.

Spiritus afflictis requies, & mite leuamen

Tu pia concordi pectora pace liga.

Affira nobis uires in mortis agone:

Atq; animas tecum transfer in astra piæ.

## III.

Omnipotens genitor, cœlum cui regia sedes

Munera tu uerbi sancta tuere tui,

Sanguineumq; doma Turcam, seu umq; Quiritem,

Qui

## 160 PROGYMNASMI. SACROR.

Qui cupiunt ipsi bella mouere polo.  
**C**hriste patris sermo uiuus, rex maxime regum,  
 Incipe nunc uires exeruisse tuas.  
**E**xiguum defende gregem, tua nomina fassum,  
 Ut meritum celebret tempus in omne tuum.  
**A**lme Dei Flatus, semper spes unica pressis,  
 Fac populus Christi sentiat omnis idem.  
**T**empore supremo nobis certantibus adsis,  
 Ut liceat supera, te duce, sede frui.

. . . . .  
. . . . .  
. . . . .

**F**ac Deus alme tui maneant oracula uerbi,  
 Fortis & hostiles ipse refringe minas:  
**A**usonium cohibe monstrum, Turcamq; furentem,  
 Qui Christum patria trudere sede uolunt.  
**N**unc uires expone tuas, fortissime Christe,  
 Qui rerum Dominus maximus usq; manes.  
**A**h paruum defende gregem, gentemq; togatam;  
 Ut tibi perpetuò carmina grata sonet.  
**F**loreat ut sanctos inter concordia coetus,  
 Effice tu nutu Spiritus alme tuo.  
**S**uggere tu nobis uires, ubi fatâ uocabunt,  
 Inq; nouam uitam tu comes esse uelis.

## V.

**M**i Deus, alme tui conserua munera uerbi,  
 Atq; inhibe Turcae pontificisq; minas:  
**Q**ui Iesum Christum sociatis uiribus ambo  
 Cœlesti cupiunt deposuisse throno.

Christe

L I B E R Q U A R T V S. 161

Christe patris soboles, rerumq; creator & author,  
Diuina illa tuae robora prome manus:  
Ipse foue miseros in tanto turbine cœtus,  
Vt laudes grato concinat ore tuas.  
Sancte Dei Flatus, solamen nobile pressis,  
Consensus animis insere quæso pios:  
Extremo contra sathanam in certamine pugna  
Nobiscum, & uicta morte per astra uehe.

V I.

Alme Deus nobis, qui nunc tua turba uocamur,  
Conserua uerbi dogmata pura tui.  
Et modò Romani rabiem compescere tyranni,  
Et modò crudelis robora frange Getæ.  
Qui nunc consensu quasi conspirante laborant,  
De patria natum pellere sede tuum.  
Da nobis documenta precor, rex maxime Christe,  
Quid possit ueri dextera magna D E I.  
Assere pro patria cœtum bonitate pusillum,  
Vt tua perpetua nomina laude uehat.  
Optime solator, numen spirabile, cœtus  
Unanimi coëat fac age lege tuus.  
Da nobis animum dubiae in discriminis sortis,  
Noster & in patriam sis comes ipse nouam.

C A R M E N I X.

Deus defensor & propugnator Ecclesiæ sue, contra  
atrocem & iuratum eius aduersarium,  
qui est Diabolus.

I Simi-

162 PROGYMNASM. SACROR.  
Similitudo physica.

IOAN. STIGELIVS.

**V**t grauis arcetur Boreali Sirius aura,  
Ne sata lactantes saeuia urat agros:  
Sic premitur Stygius diuinis uiribus anguis,  
Ne uomat in Christi saeuia uenena gregem.

I.

Ut canis Aemonia componitur aestifer aura,  
Ne rapidis nimium solibus urat agros:  
Sic quoq; compescit sathanam diuina uoluntas,  
Agmina ne posset perdere sancta Dei.

II.

Ut premitur Boreæ sitibunda canicula flatu,  
Ne flauos nimium findere posset agros:  
Sic inhibet Stygios diuina potentia fratres,  
Ne perdant coetus agmina parua pios.

III.

Sicut hyperborea mulcetur Sirius aura,  
Arida ne flammis sauciet aura suis:  
Sic uires Stygijs frangit Deus ipse tyranni,  
Ne membris noceat Christe benigne tuis.

IV.

Ut canis Icarius Boreali flectitur aura,  
Prægnantes radijs ne male findat agros:  
Herculeus Stygiam sic Christus deprimit hydram,  
Ne uomat in Christi dira uenena greges.

v

V.

*Vt sitiens Getica placatur Sirius aura,  
Ne campos rapido sœuius igne coquat:  
Sic piè tartareum depellis Christe leonem,  
Ne tibi donatas perdere possit oves.*

VI.

*Sedatur ceu stellæ canis Borealibus auris,  
Ne nimis altrices seminis urat agros:  
Sic sathanam diuina manus compescit hiantem,  
Ne cœtus auido deuoret ore pios.*

VII.

*Aestiferum Riphœa canem ceu temperat aura,  
Ne premat accensa dirius arua face:  
Dextera sic Domini sathanam fortissima frangit,  
Ne furat in populum sœuius usq; Dei.*

VIII.

*Vt premit aura canem septem dimissa trione,  
Vndiq; ridentes ne male ludat agros:  
Sic uetat humani generis Deus optimus hostem,  
Ne citio sanctorum deleat omne genus.*

IX.

*Icarij Boreas ueluti canis alleuat æstum,  
Ne succum campis hauriat igne suum:  
Sic Deus auertit furiosi spicula Ditis,  
Ne lædat gnati pignora cara sui.*

X.

*Sirius ut Scythica feruens prohibetur ab aura,*

I  
z

Ne

## 164 PROGYMNASM. SACROR.

Ne flauo plenos mergite carpat agros:  
 Sic Deus auertit Stygij conamina Saulis,  
 Dauides tangat ne leuis hasta pios.

## CARMEN X.

*Et nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit e caelo, filius  
hominis, qui est in caelo.*

IOAN. CAP. III.

Similitudo politica.

IOAN. STIGELIUS.

**V**T frustrà profugus uetitā suspirat ad urbē,  
 In turpem pepulit quem sua culpa fugā:  
 Sed iacet obscurus, syluis uel tectus opacis,  
 Velt timidis nulla passibus errat ope.  
 Si tamen optati uestigia regis adorat,  
 Quem lāto expectat ciuica pompa sono.  
 Et simul inuehitur, nullo prohibente receptus,  
 Et ueniam, externi munus amoris, habet:  
 Sic longè exclusi promissi à limine cœli,  
 Mersa licet proprio crimine turba sumus:  
 Si tamen amplexi te Christe tenemus cunctem  
 Ad patrem, inq; humeris figimus ora tuis:  
 Propter te genitor, iam poenæ oblitus ex ira,  
 Suscipit, eterno nosq; fauore fouet.

I.

## HEXAMETRVM.

Ingemit ut frustrà uetitam miser exul ad urbem,  
 In tut-

L I B E R Q V A R T V S. 165

In turpem commissa fugam quem culpa remisit.  
Sed iacet obscurus patulæ sub tegmine fagi  
Auxilio orbatus, timidis seu paſſibus erat:  
Si tamen ille pedes regis prostratus adorat,  
Cuius in aduentu lœtatur ciuica pompa:  
Tunc uetus cum rege simul succedit ad oras,  
Et gerit accepti rursum noua nomina ciuis.  
Sic nos priuati promissi limine cœli,  
Quanquam turba sumus uitijs submersa profundiſ:  
Si te Christe tamen geminis amplectimur ulnis,  
Ad patrem cum tendis iter: pater immemor iræ  
Nos recipit, patrioq; fuet clementer amore,

II.

H E X A M E T R U M , S U B I V N C T O  
dimidio pentametro.

Expetit ut fruſtra, patrijs depulſus ab oris,  
Dulcia tecta patris.  
Sed iacet aut tectus nemorum ſub frondibus altis,  
Conqueriturq; miſer.  
Paſſibus ambiguis aut per loca ſola uagatur,  
Auxilioq; caret.  
Quando tamen ſupplic, regi ſe poplite flexo  
Sternit, & orat opem,  
Regi, quem reducem gaudet uidiffe ſereno  
Ciuita pompa ſono.  
Tunc redit optatam, ueniam citò nactus ad urbem,  
Vnde repulſus erat.

1 3 Sic

Sic patrio pulsi cœlo nos eminus omnes,

Gens licet ægra sumus:

Si tamen excipimus nostris te Christe lacertis,

Sidera quando petis,

Omnis otens genitor poenamq; iramq; remittens,

Nos uelut ante souet.

## III.

## ELEGIACVM.

**E**xul ut incassum uictas suspirat ad oras,  
Quem suus à patrijs abstulit error agris.  
Sed recubat tacito uiridis sub tegmine sylue,  
Vel solet in solis ire redire locis.

Si tamen ante pedes regis se subiicit, urbis  
Aemula cui plaudit turba sonante manu:  
Inuictitur cum rege simul, cum rege receptus,  
Externi ueniam munus amoris habet.

Sic sumus orbati cœlo, miserabile uulgas:  
Et nos immersit talibus Eua malis.  
Extrahimus duram per mille pericula uitam,  
Qui ferat auxilium, nemo petendus erit:  
Si te Christe tamen palmis complectimur arctis,  
Ad patrem facili cum pede tendis iter:  
Omnia tunc iræ genitor fomenta benignus  
Extinguit, dulci nosq; fauore souet.

## III.I.

## ALIVD ELEGIACVM.

**V**t temere profugus uictam desiderat urbem,  
Quem

Quem dedit heu tristi propria culpa fug.e.  
 Sed recubat p.tulis nemorum sub frondibus æger,  
 Seu timido currit per loca sola pede.  
 Exercet multas animo plangente querelas,  
 Dum misero nullus tristia damna leuat.  
 Si tamen ante pedes regis procumbat in urbe,  
 Ciuica cui plausu turba strepente salit:  
 Non uelut ante, miser uetus excluditur aruis,  
 Sed patriæ dulces audet adire lares.  
 Sic quoq; nos patria cœli de sede remoti,  
 Turba licet uitijs undiq; plena sumus.  
 Cum tamen ipsa ducis sequimur uestigia Christi,  
 Illius inq; humeris figimus ora simul:  
 Hunc propter genitor miti nos ipse fauore  
 Accipit, et pleno semper amore souet.

## v.

## SAPPHICVM.

- v | - - | - v v | - v | - v |  
                   - v v | - - |

Sicut infelix, uetus inani  
 Expedit uoto, profugus, penates,  
 Quem fug.e turpis proprij furoris  
 Tradidit error.  
 Sed iacet fusus tacito sub antro,  
 Vel gradu campum timido silentem  
 Sæpè metitur, leuat ambulantis  
 Nemo labores.

## 168 PROGYNMNASM. SACROR.

Si tamen, mitem sitiens fauorem,  
 Adiicit sepe pede supplicante  
 Ad pedes regis, pia cuius optant  
 Oppida uultum.

Ipsa cum leti trahitur cohorte  
 Regis ad gratam, prohibente nullo,  
 Patriæ terram, ueniamq; culpæ  
 Possidet omnis.  
 Sic sumus cœli gremio repulsi,  
 More repentes homines per orbem  
 Vermium; salui, nisi mens Adami  
 Læua fuisset.

Sed licet labes miseri nepotes  
 Lacite cum primo genitricis omnes  
 Sugimus, nostro seriemq; culpæ  
 Teximus æuo:  
 Si tamen Christum geminis euntē  
 Ad patris sedem, remoramus ulnis,  
 Inq; iucundis humeris leuata  
 Figimus ora:  
 Immemor pœnæ genitor statutæ,  
 Et premens iram patrio fauore,  
 Nos adoptiuos sibi gaudet esse,  
 Te duce Christie.

VI.

## PHALECIVM.

- - | - v v | - v | - v | - v,

infelix

*Infelix profugus, uelut nefandum  
 Quem crimen patrijs abegit oris,  
 Ne quicquam gemitu requirit illas:  
 Sed fusus iacet in locis opacis,  
 Sylvarum nemorum ue fronde tectus:  
 Seu gressu pauido uagatur aruis,  
 Et nullus misero leuat dolorem.*

*Si uerum cupiens tamen fauorem,  
 Optato pede supplicante regi  
 Procumbit, modò quem tuba sonante  
 Expectat populus, pijsq; ciues:  
 Tunc idem citò consecutus omnis  
 Delicti ueniam, subit paternas  
 Cum regis pariter cohorte sedes.  
 Sic nos heu patria exulamus omnes  
 E' cœlesti, nimium pudenda turba:  
 Sed quamuis nimium pudenda turba,  
 Si te Christe tamen tenemus unum,  
 Ad carum remeas ubi parentem,  
 Nos rursus genitor benignus, ira  
 Extincta, patrio fouet fauore.*

VII,

## ASCLEPIADEVM.

—| —vv| -|- vv |—vv|

*Ut frustra profugus dulcia limina  
 Suspirat patriæ, forsitan impium  
 l s Turpi*

Turpi culpa fugæ quem sua tradidit.  
 Sed mussat, nemorum frondibus obrutus,  
 Vel solus timidis passibus ambulat  
 Per sylvas & agros, per loca deuia,  
 Aerumnas misero nemo leuat suas.  
 Si regis pedibus se tamen adiicit,  
 Curuato leuiter poplite, supplicem:  
 Quem plausu strepitans lætior excipit  
 Communi populus, tunc duce principe,  
 Ex qua culpa nocens expulit antea,  
 Securis iterum passibus appetit,  
 Et culpa ueniam consequitur suæ.  
 Orbati patrij limine sic poli  
 Nos, eheu, nimium turba licet sumus  
 Submersa in uitij, crimine & impio:  
 Christum quando tamen nos sequimur ducem,  
 Ad sedem placidam quando redit patris,  
 Poenæ tunc genitor protinus immemor,  
 Pro natis iterum nos reputat suis.

## VIII.

## IAMBICVM SENARIVM.

— | v - | — | v - | — | v - |

Ad patrios frustra lares ut cogitat  
 Exul, fugæ quem turpis error tradidit:  
 Sed delitescit frondium sub tegmine  
 Obscurus, aut campum pererrat deuium,  
 Nemo labores cursitantis subleuat.


Reg.

Regi tamen cum pronus idem supplicat,  
 Quem letioris expetunt ciues sibi:  
 Culpante nullo, tunc miser cum principe  
 Vrbem subit, dulcemq; sedem patriæ,  
 Et possidet remissionem criminis.

Sic nos remoti sede cœli patria  
 Omnes, tametsi turba mollis criminie  
 Submersa non uno sumus: sancte obuijs  
 Vlnis tamen cum Christi te complectimur,  
 Iræ pater pœnæq; tunc iustæ immemor,  
 Pro liberis nos sponte caris suscipit.

## IX.

## IAMBICVM DINETRVM.



Vt exul urbem perfidus  
 Frustrâ requirit, longius  
 Quem iussit alno cedere  
 Error parentum limine.  
 Sylvis opacis sed iacet,  
 Et dormiens antro tacet:  
 Vel tristis aruo tristibus  
 Lato uagatur passibus.  
 At si uolutis cruribus  
 Plantas adoret principis,  
 Quem pompa gaudet ciuica  
 Spectare, dignum gratia.

Vetallus

Vetante rursus nemine,

Inducitur cum principe,

Fruiq; gaudet flebilis

Remissione criminis.

Sic nos, dolendum, patrio

Nunc exulantes à Polo,

Gens ægra quamvis millibus

Inhæreamus sordibus.

Sed in tua complexibus

Cum, Christe, pendemus pijs

Ceruice, quando patrium

Redire pergis ad thronum:

Cœlestis ipse tunc pater



Iræ cadentis immemor,

In gratiam carissimis

Nos accipit pro filijs.

X.

IAMBICVM SENARIVM, IAMBICVS  
dimetro subiuncto.



Ad arua frustrà sicut exul patria

Suspirat imo pectore,

Quem culpa quondam propriæ labis fugam

Coniecit in tristissimam:

Sylvis

Syluis sed errat tristibus tristissimus,  
 Per arua seu currit uaga.  
 Regi tamen cum supplicem se subiicit,  
 Cui pompa plaudit ciuica:  
 Cum rege limen patriae suauissimum  
 Ipsi licet tunc ingredi,  
 Omnisq; toto scilicet cum crimine  
 Culpe lues remittitur.  
 Sic nos polo longè remoti patrio,  
 Licet sumus gens improba:  
 Sed si tamen Christum tenemus præium,  
 Cum tendit ad carum patrem:  
 Poena pater mitis statutæ non memor,  
 Nos accipit pro filijs.

X I.

ARCHILOCHIVM, SEV DIMIDIVS  
 pentameter, solus positus.

— v v | — v v | — |

Ut temerè uetitos  
 Ingemit exul agros,  
 Quem dedit exiliū  
 Propria culpa reum.  
 Sed sine solus inops  
 Vlius errat ope,  
 Siue per arua uagans,  
 Siue per omne nemus.  
 Si tamen ante pedes

sternitur

Sternitur ille ducis,

Qui legione sua

Oppida leta subit.

Tunc pariter uetitos

Ingrediturq; lares,

Consequiturq; sui

Crimine hinc uenians.

Sic procul à patrio

Turba remota polo

Nos sumus, heu proprio

Crimine mersa nimis.

**S**i tamen excipimus

Te, bone Christe, manu,

Ad patrium ipse thronum

Quando redire parat;

Ipse pater populum

Nos iubet esse suum,

Perpetuoq; bonus

Semper amore fuet.

## XII.

### CHORIAMBICVM, CVM

Asclepiadeo.

— | — v v — | — v |

— | — v v — | — v v — | v v — |

Vt frustrà profugus lares

Suspirat patrios, quem dedit in fugam

Error proprius, & lues

CONF.

Commisa: heu misero, ter misero nimis.

Tristis sed iacet in locis

Syluarum arboreis, uel timido gradu

Errat per loca deuia,

Multam corde premens tristiciam suo.

Regis quando tamen miser

Se sternit pedibus, poplite supplice,

Quem gestit populus suus

Felici reducem sidere cernere:

Cum rege huic licet ingredi

Nullis in patriam tunc prohibentibus:

Et culpæ ueniam tenet,

Quam totam meruit gratia principis.

Sic cœli gremio sumus

Expulsi miseri, propter Adæ scelus:

Sed quanquam proprio sumus

Hærens in uitio progenies mala:

Si te Christe tamen bone,

Scandis stelligeram quando patris domum,

Oramus pede supplice,


Sublatis geminis altius ulnulis,

Cœlestis ueniam pater,

Indulgens miseris, nos amat et fouet.

XIII.

ARISTOPHANICVM.



Frustra

## 176 PROGYMNASM. SACROR.

Frustrà ut gemit ad uetus oras  
 Profugus, miserum sua quem culpa  
 Dedit exilio misero & tristi.

Loca per miserat sola uagatur,  
 Sylvas timido pede uel sulcat,  
 Nemo releuat tristia damna.

Pede si tamen is supplice regem,  
 Cui pompa salit ciuica, adoret:  
 Vrbem uetus, uetat & nullus,  
 Intrare licet duce cum rege,  
 Culpe ueniam dat & is solus.

Sic limine cœli quoq; pulsi  
 Nos, heu Stygijs gens bene digna  
 Flammis, propriae ob crimina culpæ:

Si Christe tamen te remoramus,  
 Cum tendis iter patrium ad regnum,  
 Humero inq; tuo figimus ora:  
 Pœnam genitor meritam tollens,  
 Patrium recipit nos in amorem.

## XIII.

## ANACREONTEVM.

v - | v - | v ---  
 -- | -- | v - v,

Lares uelut paternos  
 Frustrà requirit exul,  
 Quem lœua mens abegit  
 A' patria suauit.

Sed

Sed arborum strepentum

Sub frondibus quiescit,

Per arua seu uagatur,

Nullo leuante dama.

Sed cum pedes adorat

Prostratus ille regis,

Quem turba gaudet urbis

Læto uidere uultu:

Ingressus in paternam

Cum rege liber urbem,

Citò potitur omnis

Culpæ remissione.

Sic nos poli repulsi

A sede dulcis alma,

Nos turba mersa quamuis

Culpa sumus maligna:

Sed cum tamen leuatis

Ampleximur lacertis,

Te Christe, quando regnum

Adis parentis almi:

Nos accipit paterno

Rursus pater fauore,

Pro liberis, & omne

Nos diligit per æuum.

XV\*

ADONICVM.

v

- v v | --

iii

Vt mi-

Vt miser exul

Sede paterna

Pulsus, ob ipsa

Crimina uitæ,

Limina rursus

Dulcia frustra

Optat amici

Patris adire.

Sed miser ægris

Passibus errat

Per loca sola,

Sola per arua,

Siue uirenti

Fusus in herba,

Incoquit alto

Pectore curas.

Si tamen ille,

Poplite flexo,

Crura benigni

Regis adoret:

Quem modò leto

Ciuica plausu

Pompa uidere

Gaudet, & optat:

Tunc simul audet

Cum duce grato

Patria rura

Rursus,

Rursus adire:

Nec uetat illud

Ciuica turba,

Sed bona crimen

Omne remittit.

Sic quoq; dulcis

Limine cœli

Eminus omnes

Nempe repulsi,

Turba tametsi

Mole grauata

Criminis atri

Nos sumus omnes:

Cum tamen ipſi

Te bene ſolum

Christe tenemus,

Et tibi noſtra

Figimus ora,

Cum petis ipſe

Aurea cari

Regna parentis:

Immemor ille

Criminis atri,

Atq; remittens

Protinus iram,

Sponte paternum

Sumit amorem,

Tempore cuncto

Nosq; tuetur.

## CARMEN XI.

*De admiranda redēptione humāni generis, per Iesum  
Christum Salvatorem, filium Dei & Marie virginis. Psalm.  
Mart. Luberi, Latine redditus.*

Nun freuet euch lieben Christen gemein/vnd/re.  
Nunc age, nūc gaudē Domino gens subdita Christo,  
Et festos lēto tempore plaudē choros:  
Ut pia concordi modulantes carmina mente,  
Dicamus summi dulcia facta patris.  
Ipse quibus miseris æternæ sponte salutis,  
Pro patrio tribuit dulce fāuore decus.  
Nam quōd nos dira sublatos morte redemit,  
Res certē precio constituit ista graui.

Me sathanas dura captiuum lege tenebat,  
Et miser æterna morte premendus eram:  
Meq; animi labes genuina, & propria culpa,  
Vrgebat stimulis nocte dieq; suis.  
Quin magis atq; ntagis, uelut alto in gurgite, mergi  
In scelerum tumidis usq; uidebar aquis.  
Sic mea peccatum penitus peruerserat ossa,  
Usq; adeò totus nil nisi culpa fui.

Nec mea me poterat pietas infirma tueri,  
Perdita res ista conditione fuit.

Liberat quin etiam, legi⁹ inimica, uoluntas,

Ad huc

Ad uerum fuerat mortua tota bonum:  
 Inde dolor tristi percundum uoce canebat;  
 Nil mihi restabat, nil nisi triste mori.  
 Et iam paulatim, membris labentibus ultrò,  
 Ad Stygias mœstus corripiebar aquas.

Hic Deus æterna largus bonitate, perennis,  
 Incipit æruminis indoluisse meis:  
 Moxq; subit mentem solidæ pietatis ìmago,  
 Quæ uelit optat am ferre benignus opem.  
 Ad me conuertit miti sua patria uultu  
 Pectora, nec remanet causa datura iocos.  
 Huc quoniam impendit gnatū, & non deniq; parcit  
 Aethereo charum quicquid ubiq; throno est.

Alloquitur genitor dulcem, sua gaudia, natum:  
 Iam miserum, fili, tempus adesse uides.  
 Ergo age, uade mei nunc ô dilecta corona  
 Pectoris, afflictis pauperibusq; salus.  
 Expediasq; ipsos seruili è carcere culpæ,  
 Aspera calcata spicula frange necis:  
 Scilicet ut tecum crudeli à morte redempti,  
 Aeterni capiant gaudia uera boni.

Filius ista patris mandata fideliter implet,  
 Ad me cærulea scandit ab arce poli:  
 E' teneraq; tener, castaq; è virgine castus  
 Natus adest, frater poscit ut esse meus.

## 182 PROGYMNASM. SACROR.

Occultansq; suas uires ex robora celsa,  
 Cuncta humili tantum carne uidendus, agit.  
 Sicq; parat tacite, natum mortalibus hostem,  
 Astuta satananam, prendere fraude trucem.

Ille mihi fatur: Nobis constanter adhære,  
 Iam fuerit uoti summa peracta tui.  
 Pro te namq; uolens ego me nunc offero totum,  
 Pro te luctando prælia dura geram.

Totus enim tuus esse uolo, meus esto uicissim:  
 Quoq; ego sum mancas tu sine fine loco.  
 Nec, quāuis crepet hostis atrox, frendatq; malignus,  
 Nos dirimat, certo dimoueatq; loco.

Sanguinis ipse mei multum mihi fundet, & ipso  
 Effundam uitam me spoliante mean.  
 Quod tamen omne tui causa tolerare placebit,  
 Tu modò non dubia talia prende fide.  
 Absorbet mea uitæ necem, mea criminis ætas  
 Pura tui portat pondera dura mali.  
 Vnde tibi rursum cœlestis gratia regni  
 Fulsit, in æternos appetienda dies.

Hinc igitur cedam, functus mortalibus auris,  
 Et repetam patris tecta beata mei.  
 Illic rector ero tuus, æternusq; magister,  
 Afflatumq; tibi largiar inde meum:

Qui

Qui te soletur duris in rebus, & ipse,  
Postea me notum qui tibi reddet, erit.  
Et tibi dulcis erit comes optatusq; sodalis  
Ad bona, dum uero tramite carpis iter.

Quicquid ego feci, quæ uerbis deniq; iuſſi,  
Ipſe meus præco cuncta fidelis agas:  
Auctior ut fiat supremæ regia sedis,  
Ac laus in populo floreat alma D E I.  
Et caueas hominum commenta fideliter, unde  
Thesaurus populi nobilis ille perit.  
Hocq; adeò extreum de me tibi pignus habeto,  
Quo tibi suprema uoce relinquō Vale.

## C A R M E N XII.

De sola fide, coram Deo nos iustificante: deq; legis proprio  
ac genuino usu. Psal. Pauli Sperati, Latinè redditus.

Es ist das heyl vns kommen her/aus/ze.

**G**ratuita nobis Domini bonitate redemptis,  
Nunc redijt certo redditia fine salus.  
Non opus humanum quicquam facit, ipsa tueri  
Non uirtus hominem propria ritè potest:  
Alma fides Christum sed contemplatur I E S U M,  
Qui iam pro nobis fecit abundè satis.  
Ille Deo coram noster mediator, ubiq;  
Munera patroni sumpta fidelis obit.

Cum non posset homo quicquam præstare caducus,  
m 4 Quod

Quod fieri legis regula stricta iubet.

Ante Deum nostri causa nouus ingruit horror,

Asperaque offendit saeuia ira dei.

Nec de carne foras potuit se promere lassus

Spiritus, in primis quem tamen illa petit;

Sed labor omnis erat conatus inutilis omnis,

Atque hominis plane res scelerata fuit.

Ignaras fallax ludebat opinio mentes,

Ceu lex ergo Dei mystica lata foret:

Libera quam posset proprijs implere uoluntas

Viribus, assensu sponte secuta suo.

Sed tamen est speculi tenera et translucida forma,

Peccati facies tristior unde micat.

Peccati nostris quod mussat et arctius hæret

Corporibus, totum dum caro lenta tegit.

Nec fieri potuit, per se quo poneret ullus

Semina naturæ tam uitiosa suæ:

Et quamuis tentata fuit res sepius ista,

Creuit in immensum sed tamen usque nefas.

Mens etenim fallax, simulatos fingere mores

Docta, quidem summus quam Deus odit amor:

Peccatijs lues, scelerumque nefaria radix,

Est carni uitijs ingenerata suis.

Attamen impleri uoluit lex alma Tonantis,

Gens alias hominum perdata tota foret.

Ergo

Ergo Deus mittit dilectum in foedera natum,  
Carnis, & humanos induit ille finis.  
Et totam complens legem, rigidamq; tabellam,  
Mitigat offensi numina cara patris:  
Cuius in humanum genus omne exarserat ira,  
Admissi propter crimen onusq; mali,

Et postquam completa fuit nunc ritè per illum,  
Debita qui legi persoluisse potest:  
Discat homo, fidi dictus de nomine Christi,  
Et fidei uires, ingeniumq; probæ.  
Nil mihi, nil cupio porrò carissime Christe,  
Quam tua mors uitæ fiat ut aura mæ.  
Tu pro me quoniam soluisti cuncta benignè,  
Sæpè mihi inferni uenerat unde paucor.

Nec dubito quicquam, nec spes me pascit inanis;  
Namq; oris nequeunt fallere uerba tui.  
Te, te nolle, refers hominum desperet ut ullus,  
Talia mendaci non potes ore loqui.  
Insuper hæc: Quisquis puro de flumine lotus,  
In me crediderit, me duce saluus erit.  
Saluus erit, nigroq; æternum liber ab Orco,  
Non erit amissi portio uana gregis.

Ante thronum Domini iam planè iustus habetur,  
Qui gerit hac una pectora plena fide.  
Et generosa quidem fidei natura resulget

Tunc, operum quando non sinit illa decus.  
 Cumq; Deo fidci semper bene conuenit, inde  
 Proximus à uero sumit amore bonum:  
 Sumit, ubi sacro fueris de fonte renatus,  
 Afflatu Domini, cor refouente tuum.

Dogmata per Mosis notum est legalia crimen,  
 Quod pauidos mentes fulmine sternit humi.  
 His citò succurrit largae uox alma salutis,  
 Quæ miseris uires sufficit atq; leuat.  
 Huc, inquit, fugias, sacram peccator ad aram:  
 Pax in lege subest nulla, nec ulla quies.  
 Non ibi præsidij quicquam, licet undiq; cernas,  
 Omnia solliciti plena pauoris erunt.

Vera fides operum fons est et origo bonorum,  
 Vnde fluunt semper more scatentis aquæ.  
 Siq; fides fuerit tantum simulata, carebit  
 Tunc etiam ueris fructibus illa suis.  
 Sola fides, sed sola fides tamen annuit astra,  
 In Christoq; hominem iustificante beat.  
 Hinc operum uirtus, tam uirtus comes huius et umbra,  
 Fratribus inseruit prompta ministra pijs.

In solo spes nixa Deo, sua tempora lente  
 Expectat, Domini que sacra uerba notant:  
 Gaudia sed quando tandem sua dulcia carpet,  
 Ill inon statuit tempora certa D E V S.

Nouit

Nouit enim fixi speratam temporis horam,

Nec bona nobiscum tanta dolosus agit,

Hoc ipsi semper plena confidere mente

Nos docet: inde pater cetera fidus aget.

Et quamuis uideas quedam contraria uotis:

Mens citò ponenda est non tamen alta tibi.

Namq; ubi fautor adest Dominus, fidusq; patronus,

Tardus ad auxilium non solet esse pium,

Illiū à uerbo pende, fixusq; maneto,

Quamuis aſſidue cor mera falsa canat.

Perfer et obdura, contra ſpem deniq; nixus,

Nec ſine res animum terreat uilla tuum.

Semper honos, nomenq; Deo, laudesq; ferantur,

Pro tantis donis muneribusq; ſacris.

Ipſe pater, Natusq; ſacro cum Flamine, munus

Perficiet largo grande fauore ſuo:

Ipſe quod in nobis coepit, per ſecula sancti

Nominis ad laudem iuſticiamq; ſuit:

Illiū ut totum clarescat fama per orbem,

Et Domini fiat nomen ubiq; ſacrum.

Illiū adueniat regnum, diuina uoluntas

Illiū ut cœlo, ſic et in orbe cadat.

Et nobis hodie dimenſi munera panis

Suggerat, et nutu pafcat, ut ante, ſuo.

Crimi-

## 188 PROGYNNASM. SACROR.

Criminibus parcat nostris, culpa manq; remittat,

Ut per nos alijs culpa remissa datur.

Nec sinat afflictos dure succumbere sorti:

Sed bonus à cuncto liberet ipse malo.

## ADDITA MENTVM.

Has tecum curas, fido gens dedita Christo,

Pectoribus semper uolue, reuolue tuis.

Vitæ summa breuis, mors tristis obambulat hospes,

Et rapiens auida pulsat ubiq; manu.

Si non ista tibi clausum uia pandet Olympum,

Ad coelum frustra lumina fixa serces,

Hac sine nemo polum petit, aut petet, atq; petuit:

Hoc ita, non aliis sit tibi sensus, homo.

## CARMEN XIII.

Donum nuptiale Georgij Nesselij Iures consulti, & Vr<sup>s</sup>  
sule Geigerin, Argentinensem.

**L**aeta dies oritur, tristes discedite curæ:  
Laeta dies oritur, non nisi laeta decent.

Aspirans uiridi iucundo murmure campo,

Blandior herbosos aura salutat agros.

Terra sinum laxat, redeunt sua germina syluis,

Omnia dum resouet uiuus ubiq; calor.

Arridet placido sublimior æthere uultu

Phœbus, & optatum fundit in arua iubar.

Quid natura parat tandem? quid talia nobis

Signa ferunt? plausus que noua causa noui?

Scilicet illius gaudet Natura diei,

Q<sup>uo</sup>d

Quo duo iunguntur fœdere ritè thori.  
 Quo tibi Nesseli sponso noua ducitur uxor,  
     Iure sacro thalami consocianda tibi.  
 Affice, quām facies rerum suauissima: cerne  
     Quæ moucas cceptis gaudia sponse tuis.  
 Ecce tibi Charites, manibus per mutua nexis,  
     Festiuis saliunt lēta per arua choris.  
 Ecce tibi famulæ, sociato fœdere, Musæ  
     Festiuis saliunt lēta per arua choris.  
 Rhenides ecce tibi, juncto uelut agmine, Nymphæ,  
     Festiuis saliunt lēta per arua choris.  
 Vrbe etiam tota nunc Argentina iuuentus,  
     Ceu foret antè tubæ uoce uocata, ruit.  
 Ecce ruit, ruit ecce tibi, gaudetq; uidere  
     In templum comites ire redire tuos.  
 Hic oculis spectant alij, pompanq; tacentur,  
     Agmine quam presso serpere ritè uident.  
 Hic digitis te sponse suis latissime signant:  
     Hic signant digitis te quoq; sponsa suis.  
 Parte sed ex alia, leni cum murmure matres  
     Testantur mentis gaudia multa suæ.  
 Mirantur sponsumq; pium, sponsamq; uenustam,  
     Et pudor ingenuus qui sedet ore placet.  
 Vox uolat in triujs: O' terq; quaterq; beatos,  
     Quos tali placidus fœdere iungit amor.  
 Fallor an, & uolucrum quia turba per aera ludit,  
     Dulcia tam lētis gaudia rebus agit?

## 190 PROGYMNASM. SACROR.

Leta diem fortuna regit: nunc omine lato;

Leta sacris pulcrum prouehit aura diem.

Ergo nouas uestris matronæ promite uestes

Filiolis, uestes res petit illa nouas.

Et bene fingentes ipsis componite crines,

Nunc aliquam fusis non decet esse comis.

Et sic purpureas iam iam uocat hora sorores,

Ad sponsum è patria mittite sede pium.

Cætera plebs autem, quam non ita gaudia tangunt,

Spirantem molli fronde coronet humum.

Vosq; alij porrò linguis animisq; fauete:

Parue puer, iuuenis, parua puella, senex.

Cum sponso gaudete pio, gaudete sereni,

Pergite læticia dum finit hora frui.

Quis coepto iam queso nouo non iurè fauabit?

Quis neget esse bonum? quis neget esse sacrum?

Quis neget esse pium, rerum cum conditor olim

Talia diuina sanxerit ipse manu?

Principiò statuens mundum pater ipse potentem,

Mirandum sapiens ædedit author opus;

Lucentemq; globum solis lunæq; labores

Condidit, et celsi lumina clara poli.

Nec tamen usus erat stellarum, nescius æther

Luminis: in rebus sed color ater erat.

Tum pater omnipotens suspectas dispulit umbras,

Lumen et à tenebris iussit abire suis.

Postea, purpurea iam rebus luce reiectis,

Incœpit

Incœpit solitis motibus ire polus:  
 Sidera cœperunt toto fulgescere cœlo,  
 Aspexitq; nouo lumine Phœbus humum.  
 Et iam prima diem roseis aurora quadrigis  
     Ducebat, clarum luce micante diem.  
 Tunc opifex rerum discludit Nerea ponto,  
     Etiubet in massam pingue coire solum.  
 Tunc uariæ pelagi facies, immania cete,  
     Colludunt paribus per freta salsa iocis.  
 Postra iamq; dies primo surgebat Eoo,  
     Gaudet ubi primum fundere germen humus:  
 Et gremium, mirata nouum decus, explicat herba,  
     Ac generosa suas suspicit arbor opes.  
 Tertia lux cœlo gelidam dimouerat umbram,  
     Aerium quando cœperat esse genus.  
 Hoc uolucres florente dic sub fronde sedentes,  
     Conspersum dulci uoce dedere sonum.  
 Quarto terra die, syluis noua monstra ferarum  
     Elicuit, miris monstra uidenda modis.  
 Tunc demum mouet arma leo, tunc pessima tigris  
     Cernitur, & cultis seu a uagatur agris.  
 Inde dies, alterq; dies proceſſit: & inde  
     Aspexit genitor nobile rursus opus.  
 Et blando aspiciens uultu, gaudensq; morari,  
     Lumina non potuit pascere fixa satis.  
 Atq; ita: Nostrarū manuum quecunq; labores  
     Fecerunt, nobis talia cuncta placent.

Restab

## 192 PROGYMNASM. SACROR.

Restat adhuc unum, quia deficit unus, in orbe

Qui rerum teneat regia sceptr'a sibi:

Quin hominem nostrae fingamus imaginis instar.

Cuius in imperium totus hic orbis eat.

Talia uersanti tandem sententia scdit:

Et subito fieri, quod modò dixit, amat.

Materiam trahit ergo luto, fingitq; premendo

Pingue solum, & magnum pectore uersat opus.

Nec mora, procedit magnæ pietatis imago,

Formaq; maturi nascitur inde uiri.

Os, humerosq; Deo similis pulcherrimus inde

Nascitur, æthereo lumine mistus, Adam.

Hunc ubi ludentem pulcro fabricator in horto

Vidit, ait: Certè non bene solus homo est.

Non certè bene solus homo est: faciamus amicam,

Quæ subeat socij dulce laboris onus.

Sic ait, & mollem iuueni per membra quietem

Suggerit: in uiridi mox iacet ille thoro.

Nec mora, reclusis laterum compagibus arctis,

Eripit huic costam conditor ipse suam.

Eripit, ac rime pinguem succedere carnent,

Efficit, hancq; afflat molliter ore Deus.

Motus abit, matura uiro, citò nubilis annis

E' costa Domino uirgo iubente, uenit.

Virgo simul, mulierq; simul fuit: attamen ipsa

Nulla fuit uirgo, foemina nulla fuit.

Talis erat facie, florenti qualia campo

Sublin-

Subludent plenis lilia mista rosis.  
 Aut ubi sanguineo uiolatur plenius Ostro,  
 India quod uena diuite mittit ebur.  
 Interea somnum iuueni nox turbat, et eius  
 Clara dies aperit lumina lucis sua.  
 Mox noua submirans oculos per singula uersat:  
 Et tandem soluit talibus ora modis:  
 Ista mea de carne caro, deq; ossibus ossa  
 Ista meis, sanguis sanguinis iste mei.  
 Scilicet et mulier, quia corpore sumpta uirili est,  
 A caro incipiet nomen habere uiro.  
 Hec est causa, Deus, Deus haec est causa, maritus  
 Affixus sociæ cur uelit esse suæ.  
 Exilioq; domos, ac dulcia limina mutans,  
 Vxori cupiet semper adesse suæ.  
 Totus erit propriæ uir coniugis, illa mariti,  
 Inq; una poteris dicere carnem duos.  
 Immotusq; tenens oculos in uirginis ora,  
 Casta uerecunda gaudia mente premit.  
 At Deus amborum dextras complexus, amica  
 Consociat pulcro fædere uoce duos.  
 Et paucia alludens: Rerum quoscunq; creator  
 Iungit, eos nullus soluere debet homo.  
 Crescite gignendo sobolem, coniunctio uestra  
 Sidera uisus, spem mihi gentis alet.  
 Assuetas coelo uolucres submittite uobis,  
 Humida gens ponti uos tremat ipse uolo.

*Viuite concordes, concordi uiuite lecto,*

*Mutua concessus pectora pascat amor.*

*Protinus uxoris pia fusus in oscula, collo*

*Pendet, & in gremio coniugis hæret Adam:*

*Sic Deus astrorum Dominus, maris, ætheris, orbis,*

*Instituit sancti iura uerenda thori.*

*Instituit, souet, ornat, amat, complectitur, auget,*

*Victu, muneribus, corde, fauore, bonis.*

*Hinc cœlo ueniens soboles dilecta parentis,*

*Signorum auspicijs hoc probat ipsa decus:*

*Dum iubet in Bacchi natuuos ire sapores,*

*E' puto nudam quæ saliebat aquam.*

*Sic satis, esse probat sibi uincla iugalia curæ:*

*Sic satis ipsa Deum se probat esse simul.*

*Nunc etiam pergis, cæco submerse furore,*

*Suspectum in crimen uertere iussa Dei?*

*Et dubitabis adhuc uitæ genus illud honestum,*

*Munifico gratum non satis esse D E O?*

*Falleris: ipse Deus casti pia foedera lecti*

*Castus amat, castis gaudet adesse thoris.*

*Coniugij porro causas recitatimus: istas*

*Conuenit in promptu semper habere pios.*

*Ipse bonus uerè, gaudens ornare creator,*

*Humanis uacui cœtibus astra poli:*

*Hoc genus elegit uitæ, quo mandat, amicam*

*Adiungi socio iure decente uiro,*

*Vt genus humanum possint supplere, creando*

*Proge;*

Progeniemq; nouam, progeniemq; nouam,  
Ad patrium quod possit idem sobolescere cœlum,

Et laudes dempto dicere fine D E O.

Tum uero infelix ita nos, ita perdidit Eua,

Eua nocens nostri maxima causa mali:

Vt simul errores matris cum lacte nocentes

Sugamus, tenero turba nouella sinu.

Et quantum miseri iuuenili accrescimus æuo,

Tantum nobiscum crescere culpa solet.

Hic modò transuersos proprij mens leua furoris

Allicit, in uarium præcipitatq; nefas.

Hic modò nos uexat, uitijsq; exerceat inertes,

Irrepens tacito blando libido pede.

Huic uoluit morbo patria pietate mederi,

Qui lapsu gaudet nullius ipse Deus.

Atq; ideo, ne forte scelus labamur in omne,

Coniugium castis ceu medicina datur.

Hæc nos urentis medicina libidinis æstum

Sanat, ubi castus pectora iungit amor.

Tanta Deum miseræ nunc cura propaginis urit:

Sic cauet, auersam ne trahat illa lues.

Iamq; aliquis dicat: Quis'nam sic maximus author,

Qui liciti sanxit fœdera sancta thori.

Non ne poli Dominus, coeli qui sidera torquet?

Qui mare, qui terras, qui bene cuncta regit?

Cur igitur, causas affer mihi quæso probandas,

Cur igitur nobis turba peruncta uetas?

## 196 PROGYMNASM. SACROR.

*Cur tu Papa uetas sociali uincula lecti,*

*Vincula cùm lecti sanxerit ipse Deus?*

*Non ne puellarum tenerum sorbere pudorem*

*Sæpè solent, regio quos alis ipse tuo?*

*Nempe fouent secum mimas, nec talia celant:*

*Thaïdes & secum plus quoq; mille fouent:*

*At dum nulle fouent mimas, bene uiuere possunt*

*Sanctior in uita cœlibe turba Deo.*

*Dij. precor, ut reddant meritis pro talibus ipsiis:*

*Si bona causa, bonum: si mala causa, malum.*

*Felices, quicunq; Dei mandata sequuntur,*

*Et faciunt Domini debita iussa sui.*

*Hos manet æternum florentis gratia palmae,*

*Hos manet æternis gloria plena bonis.*

*Te quoq; felicem ter & amplius, optime sponsa,*

*Cui placuit tali subdere colla iugo.*

*Et tibi qui queris multis è millibus unam,*

*Dicere cui possis: Tu mihi sola places.*

*Nuc tua blanda comes, reru comes optima, coiunx,*

*Quanta feret domui commoda sponsa tuæ?*

*Hæc tibi quando tonat uultu fortuna seuero,*

*Curarum semper mite leuamen erit.*

*Hæc tibi præstabit dubij solatia casus,*

*Hæc tibi ceu requies, hæc tibi portus erit.*

*Rursus ubi uultu ridet fortuna sereno,*

*Quæ pariet menti gaudia sponsa tuæ?*

*Arguto coquet ecce foco tibi sedula uictus,*

*Curabit leta prouida mente domum.*

*Oscula rapturos quondam dulcissima natos*

*Suggeret, ô uita pignora cara magis.*

*Et sua cum suadet pietas, amplexibus hærens*

*Coniugis innectis oscula blanda tuæ.*

*Quàm iuuat inclusis dominam fuisse sub ulnise*

*Quàm iuuat in tepido sustinuisse finuę*

*Aut thalamo, cùm somnus abest, numerare silenti*

*Casta uerecundis gaudia mixta iocis?*

*Aut duce quæ quondam Rhamnuside feceris ipse,*

*Aut quæ transmisso tempore facta tibi?*

*Hoc cuicung; datur, quotquot Deus annuit, annos*

*Secura poterit claudere mente suos.*

*Hoc tibi sponse datur, quotquot Deus annuet, annos*

*Secura poteris claudere mente tuos,*

*Te quoq; felicem pariter, pariterq; beatam,*

*sponsa, iugum Domini quæ modò dulce subis.*

*Quæ sapiens gaudens multiis è millibus unum*

*Quærere, cui dicas: Tu meus ignis eris.*

*En tibi tristiae præsens medicina maritus*

*Semper erit, uitæ dum comes ipse tuæ est.*

*Dulce caput, dulcis socius, dulcissima cura*

*Semper erit; nunquam uir tibi tristis erit.*

*Felices ambos, quoniam feliciter ambos*

*In Domini pulcris uos iuuat ire uis.*

*Vestra domus uobis uarijs spectanda micabit*

*Dotibus, & donis stabit amicta suis.*

## 198 PROGYMNASM. SACROR.

Accrescit soboles, Domini certissima dona,  
 Quæ matris referet, quæ patris ora sui.  
 Qualia tentabunt animos tunc gaudia uobis,  
 Cum circa in mensa garrula turba strepet?  
 Aut blando ridens uultu, cum paruulus olim  
 Colludet uestrros filius ante pedes?  
 Blanditias cui ferre pias possitis amantes,  
 Osculaq; admotis adiplicuisse genis?  
 Hoc mihi contingat, sic omnia diues habeo:  
 Sic hilari assuecam fallere mente dies.  
 Amplius at uestras per laudes ire decebat,  
 Et pie sponse tuas, & pia sponsa tuas.  
 Ire iuuat: sed quæ nobis Ariadna fideli  
 Subiicit porrò fila sequenda manu?  
 Vnde mihi laudis, laudes si dicere certem,  
 Verba fluent? digno quo satis ore canam?  
 Tu pie Musarum semper neonymphe fuisti  
 Miles, ut è cunis paruulus ipse uenis.  
 Et tibi iam puero cœlestia sacra placebant,  
 Et tibi iam iuueni, coelica sacra placent.  
 Cætera pars hominum uanis sua tempora nugie  
 Atterit, & celeres fallit in orbe dies.  
 Illum pomposæ strepitus iuuat arduus aulæ:  
 Alter ad Attalicas spirat anhelus opes.  
 Tertius è paruo cum somite magna tyranni  
 Bella cident, belli iurat in arma noui.  
 Rursum alios longi pascit prospectus agelli,

Tha-

Thaidis hic ægro pallet amore suæ:  
 At bene quò possis Musarum amplexibus uti,  
 Sponsa tibi semper proxima cura fuit.  
 Te iuuat Aonias didicisse fideliter artes,  
 Te iuuat in castris Palladis esse tuæ.  
 In primis autem studium tibi nobile Iuris  
 Arridet, studium nobilitatis honos.  
 Huius amor dudum Latias te misit in oras,  
 Ut posses linguas edidicisse duas.  
 Inde pedem restrens, tecum de gente Latina  
 Doctoris titulum magnus honore refers.  
 Iamq; docens sancti sinuosa uolumina Iuris,  
 In patria exponis non sine laude Schola.  
 Iam si candorem mentis scrutabimur altæ,  
 Candoris titulum tu bene ferre potes.  
 Adde quòd insignem dederit natura uigorem  
 Corporis, & pulcrum corporis inde decus.  
 Quid moror in paruis? nunquā memorare licebit,  
 Tu quibus excellis sponse serene bonis.  
 Ipse etiam si uirgo forem, si nubilis ipse,  
 Non aliud uellem, te nisi sponse, uirum.  
 Ergo nurus felix, felix nurus, Vrsula, talem  
 Cui tribuunt hodie numina leua uirum.  
 Hunc certè, dum uita manet, ceu numen amabis  
 Sponsa tuum: uerè si modo sponsa sapiis.  
 Forfitan expectas etiam quo carmine, sponse,  
 Extollet Nympham noster Apollo tuam.

Rite facis: magno sed nunc est ore sonandum,

Crede mihi, merito noster Apollo tibi.

Non ne uides, quibus emineat uirtutibus illa,

Et quibus excellat tota uenusta bonis?

Castia placent, et casta iuuant, et casta probantur.

Virgo sed hac quando castior illa fuit?

Cernimus, ut castè uultum componat amicum,

Nexibus ut teneat brachia iuncta suis.

Cernimus, ut blando castissima rideat ore,

Vt sedeat casto, cernimus, ore pudor.

Alsaticæ aspiciunt ipsam, si quando puellæ,

Multa mouent tacito pectore, multa putant,

Sæpius hæc addunt: Tales nos esse decebat:

Sic os, sic oculi, brachia, crura, latus.

Nec tantum casta est, alijs uirtutibus ista

Lucet, et est titulis suspicienda suis.

Imbibit innocuae teneris pietatis ab annis

Semina: et accreuit plantula grata Dco.

Et cum parua foret, primo sub flore iuuentæ,

In doctis posuit tempora prima libris.

Et solet in sacris hodie legisse libellis,

Si quando uacui temporis hora sinit.

Cum uenit in templū Domini, quod uidimus olim,

Ipsa gerit secum, dulcia dona, librum.

Cumq; aliae iuuenes oculi sine fine sequuntur,

Ipsa suo figit lumina pressa libro.

Quere genus: claræ descendit sanguine stirpis,

Vltima

Vltima nec patriæ gloria gentis erit.  
Ipse pater Medica nostra celeberrimus urbe,

Dum sua florenti uita manebat, erat.

Carus erat multis, quia multis profuit arte:

Et morbos, Domino sœpè iuuante, tulit.

Illi⁹ ingressus uestigia filius unus,

In Medicis hodie nomina clara gerit.

Et ueluti caro respondet nomine patri,

Sic par ingenio, moribus, arte patri,

In patriaq; facit iam nomen ut illius urbe,

Per populi uolitet laudibus ora suis.

Si placeat porrò gratam perpendere formam:

Vix ipsam poterit carpere liuor edax.

Pacis amans, uultus, dulcis decor oris, amicus

Frontis honos, blandus sermo, pudicus amor.

Tyndaris huic par est facie, Tithona capillis:

Leda manu, pedibus Delia, Flora genis.

Omnia quis referet? nihil est in uirgine tota

Judice quod Momo carpere ritè queas.

Gratulor ergo tibi, tibi gratulor optime sponse,

Quod uenit in tepidos hæc tibi nymphæ sinus.

Quam non Rhenigeri iuuenes tenuere, nec ullus

Tu nisi, quam potuit consociare sibi.

Claudite iam carmen, Musæ: iam claudite carmen;

Lusistis nimium uos mea turba satis.

Sed tamen antè mihi liceat bona cuncta precari,

Tum pie sponse tibi, tum pia sponsa tibi.

*Ipse Deus dulci uestras qui foedere mentes*

*Iungit, & in leges uos iubet ire suas:  
Ille suo faciat diuino numine, uestrum*

*Mitior ut semper prouochat aura thoriunt.  
Sic ego, que porrò uobis optabo, uel ultrò*

*Adiçiet largus commoda cuncta Deus.  
In thalamum uestrum niueis pax inuoleat alis,*

*Atq; suas largo munere fundat opes.  
Huic adiuncta comes rerum concordia nutrix,*

*Affiret placido dulce fauore decus.  
Tum Charites castæ, famularum munera nactæ,*

*Adportent pacis uincula firma piæ.  
Interea petulans huc spicula nulla Cupido*

*Mitte, nisi sanctus spicula tangat amor.  
Vestra domus porrò diuino afflata fauore*

*Floreat, & multis crescat adaucta bonis.  
Aemula iucundas spirans dilectio flammæ,*

*Mutua concordi pectora pace liget.  
Sis pius Abramus dilectæ sponse puellæ,*

*Vt pius Abrami præmia larga feras.  
Sis pia Sara tuo rursum noua nupta marito,*

*Vt Saræ capias munera grata piæ.  
Coniugij uestri communes edite fructus,*

*Vestraq; sit multa prole beata domus.  
Et ceu dilectam uitis complectitur ulmum,*

*Et circum ramos spargit ubiq; suos:  
Sic olim uobis obseßam paruula mensam,*

Proge-

Progenies serie claudat ubiq; sua.  
 Quotq; annos dulci cum coniuge uixit Adamus,  
 Cum socia uixit quot pius ille Noha:  
 Tot quoq; uiuatis rebus felicibus annos,  
 In Domino uera cum pietate Deo.  
 Cætera cuncta Deus, quæ uos optabitis ambo  
 Sufficiat: facta sic ego fine precor.  
 Hoc meus in uiridi parvus tibi sponse iuventa,  
 Adiecit thalamis carmen Apollo, tuis.  
 Tempore quo studijs florebam ignobilis urbe,  
 Cui quondam argentum nomina clara dedit.  
 Hic ubi tunc sacras rexit Marbacchius aras,  
 Atq; alter Cicero Sturmius ille scholam.  
 Accipe sic queſo, queſo sic accipe sponse,  
 Hec ita sunt Musæ germina prima m.c.e.  
 Plura dabit, meliora dabit, maturior ætas  
 Cum ueniet nobis, te duce Christe: Vale.

## PSALM. CXXVIII.

**Beati omnes qui timent Dominū, &c.**

*Dictiones, quæ uersus incipiunt & claudunt, sponsi & sponse utrumq; nomen continent.*

G audebit felix, Dominum quicunq; V eretur:  
 E x animo, puroq; colit pia numina R itu.  
 O felix, præsente tuus tibi numine S udor  
 R eddet cuncta, breuis uitæ quæ postulat V sus.  
 G rata comes thalami pariter, pariterq; L aboru,  
 I ngenuæ similis Viti, dabit omnibus A nnis

V iud

204 PROGYMNASM. SACROR.  
V iuati boso lem iucundam, & pignora Grata.  
S cilicet & uirides ut in arbore Palladis Errant  
N ascentes serie rami: sic scilicet I pse  
E ximia in mensa trolis pia pignora G rate  
S pectabis, tacitoq; sinu gaudebis. Et E ece  
S iclaeto, quicunq; Deum timet omne R egnat,  
E t fruitur uotis, natorum ut cernat In annos  
L etamente piam prolem, serosq; N epotes.

### CARMEN XIII.

CHRISTOPHORO CLEMENTI  
Sleicensi, conterraneo: & OTILIÆ PLINCHE-  
LINÆ Argentinensi scriptum, atq; donatum.

Encomium uerè piæ & ingenuæ  
coniugis.

EX SALOMONIS PROVERB.

Cap. 31.

Probam mulierē quis inuenit, ea præstat gemmis.

Hoc distichon reliquos uer-  
sus ex se parit:

Christophorus Clemens Sleicensis iure iugali  
Iungitur Ottiliae, te duce Christe, suæ.

C vi datur ingenuo coniunx ornata pudore:  
H æc prior Attalicis sola putanda bonis.  
R ebus in aduersis, & rebus amica secundis,  
I psa parit dulci gaudia plena uiro.  
S cilicet ipsa suo lucratur parca marito,  
T ales, quas rerum flagitat usus, opes.

O mnis

- O mnis in hoc ipsa est, uitæ dum stamina dicit,  
 P roferat ut Domino commoda mille suo.  
 H umidulum agresti linum, ceu rustica, dextræ  
 O ccupat, & lanas non finit esse rudes.  
 R es agit: atq; ipsi tunc demum plena uoluptas,  
 V it facit officij debita iussa sui.  
 S ic tua mercator longinqua per æquora nauis  
 C urrit, & extremo portat ab orbe cibum.  
 L umen alens secum, multa de nocte resurgit,  
 E t parat ancillis pensa diurna suis.  
 M entibus a tonitis inhians, considerat agrum:  
 E t bene cum uidit, Tu meus, inquit, eris.  
 N ec mora, nec requies, quin dicere possit amicis:  
 S uspectus uobis est ager iste meus.  
 L actantes etiam terras uineta, lacertis  
 E xcolit, & uitem plantat & ornat eam.  
 I gnaus exosa moras, uelut altera miles  
 C ingitur, & lumbos contrahit arcta suos.  
 E xplicat ad limum sua brachia: brachia limum  
 N uda premunt, succo brachia plena suo.  
 S entit, & ô sentit, semper bene callida, rerum  
 I n sua quam pinguis commoda fructus eat.  
 S emper habet uigilem cæca sub nocte lucernam,  
 I nq; faces oleæ non semel usus abest.  
 V tq; simul caros possit nutrire tenellos,  
 R asilibus ducit mollia pensa colis.  
 E t solet arguto percurrere pectime telas

I nter-

## 206 PROGYNASMI. SACROR.

- I nterdum, et prudens illud et illud agit.  
 V idit ubi fratres inopes, inopemque sororem,  
     G ermanam miseram, ceu foret ipsa, dolet.  
 A tq; per ipsius si quando transit egenus  
     L imen, is accepto munere sentit opem.  
 I mmitis quando, canos hirsuta capillos,  
     I mminet, et glacie flumina claudit hyems:  
 V iuit tuta domi, brumæ secura furentis,  
     N ec metuit domui, cum tonat aura, suæ.  
 G audet adhæc pulchris, et rebus gaudet honestis;  
     I nsignem possunt quæ decuisse domum.  
 T exat si quædam pulcros matrona tapetes,  
     V tilis articulis huic erit ipsa suis.  
 R itè potest Tyrio lanas fucare ueneno,  
     O stro etiam uestes tingere ritè potest.  
 T um sic ipsius signatur ubique maritus,  
     T anquam sidereum numen et ipse foret.  
 I n portis si forte sedent grauitate uerendi,  
     L audibus hic uno tollitur ore uirum.  
 I psa parat tunicas, mutatque nitente paratas  
     AE re, sua uendit cingula facta manu.  
 T ranquillo ex animo uirtus animosa decenter  
     E micat, et gratum lucet in ore decus.  
 D icere si quicquam debet, quecumque labellis  
     V erba cadunt, multo pondera uerba cadunt.  
 C ernitur in lingua iucundo mixta fauore,  
     E t sedet in blandis gratia blanda genis.

Cultus

- Cauta mente domus partes speculatur in omnes:  
 Hoc facit, hoc addit, plenius illud agit.  
 Rite facit, quæcunq; facit: nec tempora fallens,  
 In iusto segnes accipit ore cibos.  
 Sanguine ab ipsis si filia uenerit olim,  
 Taliis erat, dicet, quæ mihi mater erat.  
 Ex alijs uenantur opes: sed uincere talis  
 Sola potest omnes, sola placere potest.  
 Vana nimis forma est, fallax est ipsa uenustas:  
 AEternum Dominum quæ timet, illa uiget.

## PRECATIO SPONSI AD

Deum omnipotentem.

- Alme pater rerum, uiridi qui primus in horto  
 Sanxisti socij foedera pulcra thori:  
 Hunc ades, & mites aspira nauibus auræ,  
 Ut currant uelis per freta lœta suis.  
 Iam uiden' ut sathanas plenis è littore malis,  
 Expuat in nostras dira uenena rates.  
 Hunc auerte Deus, Deus hunc auerte furorem,  
 Ut teneat portus parvula cymba suos.  
 Noster amor crescat, nullis per saxa procellis  
 Obuius, & nostri crescat amoris amor.  
 Sint sine labore dies, & sit sine labore uoluptas:  
 Sit sine labore fides, sit sine labore thoros.  
 Et uelut exemplum castis formosa, marito  
 Ex toto fuit corde Rebecca suo:  
 Sic etiam uiuus, donec calor ossa relinquat,

Dilectas

Dilect.e frueam semper ubiq; meæ.  
 Scilicet & placidè dulci cum coniuge turtur  
     Viuit, & eterno certat amore simul.  
 Nunc quoq; consensu nobis spirante fauorem,  
     Vna fides, pietas una sit, unus amor.  
 Talia, que uobis opto, dulcissima sponsa,  
     Vtrata sint, patrio faxit amore Deus.

## PRECATIO SPONSÆ.

**S**Vmme Deus, magnus subiecti conditor orbis,  
     Coniugibus gaudes, qui pater esse pijs:  
 Intima non dignæ precor, accipe uota ministræ,  
     Et sine seruiles pondus habere preces.  
 Fac mihi sit felix, dulcis meus ille m.ritus,  
     In cuius uenio sponsa souenda simus.  
 Hoc meus & sponsias mihi sit carissimus unus,  
     Thariades Sar.e quod fuit ille sue.  
 Sim talis, sim talis ego tibi sponse vicissim,  
     Thariadæ qualis Sar.a benigna fuit.  
 Da castam sobolem, licti munuscula lecti:  
     Da sobolem, casti germina leta thori.  
 Ac uelut amplexos uitis pulcherrima ramos  
     Vestit, & optandis ridet amicta bonis:  
 Pariula sic olim florentis turbula cœtus  
     Hanc decoret mensam patris ubiq; sui.  
 Et Deus ô, nostra surgentes stirpe nepotes,  
     Aeterno celebrent nomen honore tuum.

CAR.

## CARMEN XV.

Iambicum nuptiale M. Georgio Mirbono Athesino, a-  
mico: & Barbara Vuenga Basiliensis, composum.

Initiales Iambicorum literæ, ordine hæc  
uerba continent:

GEORGIVS MIRBONVS A-  
thesinus: & Barbara Vuenga Basiliensis,  
nuptias suas celebrarunt, anno Christi Sal-  
uatoris nostri, M. D. LXIII. Deus Pater  
Creator, & Filius Redemptor, & Spiritus  
Sanctificator, unus & uerus Deus, ipsis  
sua gratia adsit: ac numerosam prolem do-  
net, & omnia fausta largiatur. Hoc tota  
mente precatur author istius  
Iambici, Amen.

**G**Aude noua cum coniuge,  
**E**t surge leto pectore,  
**O**sponse: que iubent piæ  
**R**eferre Musæ, percipe.  
**G**ratum sonabo nuncium,  
**I**nusitatum gaudium,  
**V**idi quod ipse: percipe  
**S**. acra tibi cum uirgine.  
**M**iranda certè perfero,  
**I**mmensa uobis nuncio.  
**R**es uera: sed non impias

BONUS

## 210 PROGYMNASM. SACROR.

B onus retego fabulas.

O ergo sponse cum tua

N upta tibi nunc Barbara,

V t audiatis dum loquor,

S onans nouum usum, precor.

A ltis imus cœlo uiam

T itan secabat auream,

H oræq; longæ uenerant,

E t tempus acre fecerant.

S ol quando pungens feruidos

I nurit agros et domos,

N on sustinenda pallidos

V rget filii cum flosculos:

S. olus, relictis me fero

E x urbe libris, ambulo

T rans flumen urbis, incole

B irsam uocatum, Raurace.

A d huius amnis littora,

R enata nuper gramina,

B enc intuens: Hic, inquiero,

A gro quiescam florido.

R aucus susurrus fluminis,

A mica tempe graminis,

V ocalumq; dulcia

V ocan uolucra murmurata.

E n illa pandet frigida

N ascens salix umbracula,

G ratamq;

- G ratamq; sedem sub nouis  
 A. mica ponet frondibus.  
 B landa ergo pace perfruor,  
 A d flumen hoc & commoror:  
 S aluto flores aureos,  
 I ntensus alitum sonis.  
 L audemq; soli Daulie  
 I nter uolucres cedere  
 E xistimo: suauissima  
 N am sola fixxit carmina.  
 S ed ecce, dum uix mollibus  
 I nfusus ipse floribus  
 S. olus quiesco, millia  
 N otans uolucrum murmura:  
 V oces canentum blandulas  
 P er ipse dulci proximas  
 T enore sylvas audio,  
 I psisq; captus hæreo.  
 A h dulce murmur, dulcior  
 S. trepit sonus, iucundior  
 S onus uenit, quam cui satis  
 V inquam uacares auribus.  
 A scficut olim uirgines  
 S. alo fero Sirenides  
 C antasse dulci, in littore  
 E xrupe dicunt, carmine.  
 L iber suo cum perfreta

- E rrans labore nauita,  
 B lando sono dum ducitur,  
 R aptus sub undas mergitur.  
**A** ut quale cygnus murmurat,  
 R esuscitatus cum sonat,  
 V ocans morantem, in funerē  
 N ecenī canoro carmine.  
**T**. am blanda, lēta, suavia,  
 A ttenta ut aure sibila  
 N otare cœpi: mox ego  
 N emus sub atrium per uolo.  
**O**. rigo tunc primum mihi  
 C antus uenit dulcissimi,  
 H ærens adhuc, sed nescio:  
 R es dico, res caret dolo.  
**I** ngressus ergo arbuscula  
 S ylue uirentis frondea,  
 T am liquido dum carmī  
 I ndulgeo, atq; murmuri:  
**S** edere quendam uitreo  
 A nnis grauem sub sellio  
 L ustro senem, cui comprimit  
 V irens suum laurus caput.  
**A** critē si uidi nouo  
 T imore plenus, in choro  
 O stendit hic Latonius  
 R apto mihi fese Deus.  
**L** psumq; circum in gramine

S. ecerno, molli fundere

N ouem puellas, emulis

O mnes pares etatibus.

S anctas puellas quod decus

T enere uidi? quod latus?

R aræ uigebant omnibus

I. n uentre plano dotibus.

M. agnus in Idæ concavis

D. eas Paris cùm uallibus

L. ustraret, hac ad iudicem

V. enisse forma crederem.

V. idi manu quòd musica

I. psæ tenerent organa,

I. illos quibus dulcissimos

I. n auribus crient modos.

D um me uident affistere,

E t applicari in carmine,

V na melos concordibus

S. onant amicum uocibus.

P osthæc choro, Parnasidum

A pollo septus uirginum,

T acet; sed ultrò se obtulit

E t sic Thaleia reddidit:

R. es mira, que nunc cernitur,

C ausa latente, ducitur:

R. es mira, sed causam tene,

E t suspicari desine.

## 214 PROGYNMNASM. SACROR.

A lumenus hoc noster die,

T ibi ille notus nomine,

O hymen ad sis, in suum

R efert pueram iam thorum.

E t sponsa, quae iam ducitur,

T. æda iugali iungitur:

F idemq; dat Georgio

I n omne tempus Barbara.

L etetamur ergo maxime

I n hoc sereno tempore:

V acamus atq; molibus

S. acro dic concentibus.

R ectorq; noster Delius

E xultat ipse pleniuss;

D um nos canoris hoc nemus

E xplemus omne uocibus.

M alum quis autem indicet,

T urpemq; rem quis æstimet,

O mnes nouo Musas pio

R esferre sponso, carmina?

A nnis ab imbecillibus,

C. ùm uix adhuc infantulus

S ue uocari desit

F arenti, & ægrè prodijt;

I ngente parvulus bonis

R aptus fauore, literis

I ndulxit, his dedit sua

T oline

T otius æui tempora.  
 V susq; semper improbo  
 S tudens labore sedulō,  
 S acrum extulit pulcerrimis,  
 A ltè caput in artibus.

N uperq; circum tempora  
 C orona nexa laurea,  
 T ulit uerendi dulcia  
 I psi Magistri nomina.

F elix Magister, omnibus  
 I llustris excellit bonis:  
 C orpus uenustum, mens bona,  
 A perta, docta, candida.

T um montis ut sublimia  
 O ronus decorat iugera,  
 R amisq; diffluentibus  
 V biq; sparja, fraxinus:

N ostro choro sic gloria  
 V enit Georgius noua:  
 S ic ipse Musis, & patri  
 E st summa laus Apollini.

T alis Georgius, bonus,  
 V erax, apertus, candidus,  
 E teruditus, gaudia  
 R ecte ergo nobis dat noua.

V erum pueri mutuo  
 S acri thori cui vinculo

D uctus ligatur, foedera  
 E t cui dedit iugalia:  
**V** enusta prudens, candida,  
 S ancti pudoris conscientia,  
 I nsignis ipsa plurimis  
 P ollet micans uirtutibus.  
**S**i forma iure Pallados,  
 I ngens fidesq; Thetyos,  
 S i castitas Lucretiae  
 S ancto feruntur carmine:  
**V** eris Georgi Barbara  
 A. mica, modestissima,  
 G ratis potest à uatibus  
 R ecclè sonari uersibus.  
**A**c sicut hortos blanduli  
 T empeq; pulcra, flosculi,  
 I psos uelut nascientia  
 A. gros decorant semina:  
**A**mica sic ex Barbara,  
 D ilecta coniux unica  
 S oli Georgio, choro  
 I ngens decus Parnasio:  
**T**alis modesta Barbara  
 A perta, casta, sedula,  
 C. ausa probabili noua  
 N obis dat ergo gaudia.  
**V**erum dicate tu pijs

M usis, sacrisq; Apollinis  
E xcepte nobis, te citis  
R efer domum uestigij:

O ptaq; nostro nomine  
S ponso, pięq; Barbarę,  
A c gaudijs plenissima  
M. ulti, precare tempora.

P ostquam Thaleia talia  
R effondit imperterrita,  
O s claudit, & dicens: Vale,  
L eto recedit pectore.

E rgo relictus à choro  
M. e uerto, solus Pythio:  
D iueq; lētum cogito,  
O men datum Georgio.

N ullo sequente sed uaga  
E gressus inde semita,  
T ali canebam prosperris,  
E tipse uer-su nuptijs:

T errae, poli atq; siderum,  
O conditor fulgentium,  
M arisq; uasti, quæ tuo  
N utu reguntur unico:

I am mitis, & felix sacris  
A. dsis precor iugalibus:  
F ac crescat horis, mutuus  
A mor duobus, omnibus,

## 218 PROGYNMNASM. SACROR.

- V ita fruantur proffera,  
S ancta,pia,dulcissima:  
T empus per omne dulcibus  
A. ment ligari nexibus.
- L ectum iugalem gaudia,  
A mica pax,concordia  
R erum creatrix,ambiat,  
G ratisq; donis compleat.
- I ngratalis,morositas:  
A come quod te Charitas  
T urbare posse,hinc eat,  
V estroq; de thoro exulet.
- R ebecca quod ex Isaco,  
H oc sponsæ sit Georgio:  
O mniq; sponsus tempore  
C ertet fauore Barbaræ.
- T alimodo cessaueram  
O rare nondum,maximum  
T onans Deus signum dedit,  
A. cuota mitis audijt.
- M iranda nang; cernitis,  
E t plenius cognoscitis,  
N on ulla cœlum ut turbida  
T egant serenum nubila.
- E st pulcer,& pulcerrimus  
P lenus fauoris hic dies:  
R idetq; uobis in noua

Et

**E**t gratulatur gaudia.

**C**anunt uolucres dulcibus

**A**d astra letæ uocibus,

**T**aliq; uobis prospere

**V**olunt precari carmine.

**R.** espondet Echo cætera,

**A**c murmurat felicia:

**V**estris fauente quæ modò

**T**horis parata sunt Deo.

**H**oc nunc, amice suscipe

**O**sponse, lato pectore,

**R.** ecens tuas tibi datum

**I**n nuptias Lambicum.

**S**ic uiue, sponse, cum tua

**T**ibi dicata Barbara,

**I**n pace, sp̄e, concordia,

Vitæ per omnis tempora.

**S.** ic ipse uobis det sator,

**I**lle ille magnus conditor.

**A**lmos dies, prolem bonam,

**M**agnumq; semper gaudium.

**B**æotie puellæ

**I**llæ nouem, quæ nobile

**C**ognomen à Phœbo tenent,

**I**llud precantur, ac petunt.

**A**c ipse uobis talia

**M**ajor & iſtis commoda

E xopto,cuncto tempore

N on falsa,toto pectore.

A M E N.

## C A R M E N X V I .

*De regia mortis potestate in uniuersum genus humānū,  
a primo usq; ad postremū hominem.*

**V**T rosa mane uiget, letisq; arridet ocellis,  
Dum pulcrē uirides spargit amicta sinus:  
**A**c subito gremium claudens, amittit honores,  
Et tandem moriens, flectit mane caput:  
**S**ic hodie, cui sanguis erit suus integer æui,  
Has uelut amisso sanguine friget homo.  
**S**ic nuper roseo, cui splendor in ore resulfit,  
Inficit huic subito pallidus ora color.  
**E**t modò qui duxit lato conuiua plausu,  
Et modò qui miles fortis ad arma fuit:  
**M**ox iacet infusus lecto, sine uiribus idem:  
Nec mora, furtiuia morte solutus obit.  
**V**ita quid est hominū, nisi flos, nisi puluis, et umbras  
Et rosa, quam subito quælibet aura necat?  
**V**iuius & morimur: iam leta uescimur aura,  
Iam mors uictrices inicit atra manus.  
**I**lle uel ille perit: primum tamen optimus, illum  
Cui fauet ipse Deus, surripit ipse Deus.  
**A**ttamen in primo quem mors metit æmula florē,  
Crede mihi, semper mitius ille perit.  
**Q**uid iuuat annosam lustris æquare Sibyllam?

Et

Et uel tercentos exuperare dies?  
Quid iuuat & Pyliæ metiri secula uitæ?  
Longius aut ævi tendere fila sui?  
Non ideo fixæ uitam subducimus hore  
Mortis: eheu tandem, cum uolet illa, rapit.  
Omnes illa uocat: dubios tamen aduocat omnes:  
Omnes sub leges mors trahit atra suas.  
Illa uirum quamuis alto sit sanguine cretus,  
Et numeret generis stemmata longa, necat.  
Illa uirum, quamuis humili sit sanguine natus,  
Et numeret generis stemmata nulla, necat.  
Illa, sit aut Codrus, quorum nunc copia, siue  
Crœsus, siue puer, siue puella, necat.  
Omnes ergo necas, mors, o mors omnibus æqua?  
Mentior, in sanctos nil mihi iuris habes.  
Ipsa necare potes, sed sic potes ipsa necare,  
Ut facias tandem uiuere ritè pios.  
Nam licet hæc matri ponantur uiscera terræ:  
Illa tamen certo sunt redditura die.  
Qualis enim phœnix canis insignis & annis  
Emoritur flammis ustus ab ipse suis.  
Sed subito patriæ uolucris de puluere flammæ  
Nascitur, & phœnix euolat inde nouus:  
Sic quamvis auido sorbens absumpserit ore  
Hoc sibi commissum putre cadaser, humus:  
Hoc tamen exurget iacto de semine corpus,  
Exitio mundum cum dabit illa dies.

Tunc iustusq; simul, simul & malus omnis in aure  
 Prodibit tumuli uiuus ab ore sui.  
 Præmia quisq; feret, malus ac mala præmia, largo  
 Iusta feres etiam præmia iuste finu.  
 Tunc pius iste senex, quem nunc tibi terra fouendū  
 Credimus, in ueteri carne uidendus erit.  
 Et stans ante Deum, uocem pius hauriet istam  
 Auribus: Ite pij, regna tenete patris.  
 Hic ubi dilectos ex ordine cernet amicos,  
 Colloquij gaudens dulcis habere uicem:  
 Atq; manus manibus iungens, atq; oscula iungens,  
 Ibit in amplexos care propinque tuos.  
 At tu, quisquis eris, turpem citò corrige uitam,  
 Dum potes: omnis enim scribitur hora tibi.  
 Exue, quod mentem uitijs necat, indue Christum:  
 Et reuoca, recto tramite lapsus, iter.  
 Teq; para, ueniens ut cum mors dixerit olim:  
 Hostes eas mecum, ritè paratus eas.

## LYRICVM, IN EANDEM

sententiam.

Literæ initiales ista uerba con-  
 tinent:

SEBESTIANVS CASTALIO  
 piè obijt, Basileæ, anno M. D. LXIII.  
 in Mense Decembri.

—v —vv —vv  
 —v —vv ——

S edis

**S** Edis ex Heliconiae

**E** ffer o mea nunc, sacra

**B** landa Musa pedem, domo.

**E**t potentis & horridæ

**S**eua mortis, & improba

**T**empore hoc miserabili,

**I**ura tu cane mecum.

**T**rifstis hospes, & improbus

**I**psa mors uenit omnibus:

**A**c licet fueris quidem

**N**obili genitus loco,

**V**el trahas humili genus

**S.** anguine: heu rapit inuida,

**C**uncta mors rapit atra.

**A**c licet facie nigra

**S**is subulcus, inermium

**T**utor aut ouium uagus,

**A**ut politus, & inclytis

**L**uculentus honoribus

**I**mperator: eheu rapit

**O**mne mors, rapit atra.

**P**auperes rapit & Codros

**I**lla: Dulichios rapit

**E**t Crœsos: grauis imminet

**O**mibus pugil: omnibus

**B**ella miscet, & opprimit

**I**pso: heu rapit inuida

**I**p̄os

## 224 PROGYNNASM. SACROR.

I psos mors rapit atra.

T um si quis fuerit puer

B albulus, tener, innocens,

A ut calens iuuenis nouo

S anguine, aut modò temporis

I nteger grauidi, senex

L anguidus: rapit omnia

E heu mors rapit atra.

AE gra mors facit omnia,

A c necat, uorat omnia.

N ullus hanc profugus fugit,

N ullus haud profugus fugit.

O mnes calcat & atterit

M ors: eheu rapit inuida,

D ira mors rapit omnes.

L udi nec sibi uel dolo,

V el malis patitur minis,

V el prece, aut precio tuo.

I lla, stes uel obambules,

I lla, quidquid agas tibi

I nstat: heu rapit inuida,

I psa mors rapit atra.

N unc quicunq; cupis uiuit

M ortis ire salubriter,

E t necem quasi ludere,

N on necem, Dominum necis

S ed Dei genitum uide:

E manu

- E manu necis hic rapit  
 D iræ, quos rapit omnes.  
 E ecc sic, tibi cùm tuus  
 C hristus est socius, nihil  
 E x eo capies mali,  
 M oris quòd inuidat rapit,  
 B landa uita tibi in Deo  
 R estat: hanc tibi mors dabit  
 I psa, quæ rapit omnes.

SEQVVNTVR IAM TVMVLÍ  
 quinque, pñ & sacri.

I. TVMVLVS GERHARDI SEVENTI,  
 professoris Argentinensis.

ANNVS QVO OBIIT, IN  
 principio, & fine uersuum est  
 notatus.

- M olliter hac tenui dormit Seuenus I n urna.  
 D epositus, rapuit quem fera Parca V irum.  
 L ibera curarum sœuo mens carcere V iuit,  
 V iuit, & in cœlo gaudet habere L ocum.  
 V ifcera telluris gremio nunc condita D ulci,  
 I udicij summi tempora leta M anent.

II. TVMVLVS IACOBI MEIERI  
 Scholarchæ Argentinensis.

p IN

IN DICTIONIBVS QVAE VER-  
sus inchoant & finiunt, si coniungas om-  
nia, ista uerba reperies: Iacobus Meier  
in pace dormit. Anno Christi

M. D. LXII.

ESAIAS LVI. IVSTVS  
perit, &c.

I Ntereunt, tacito migrantes funere I uspi,  
A nte diem, celeriq; manu discrimine N. ullo  
C olligit, & mittit securæ in gaudia P acis  
O mnipotës. Sed nemo tamë bene prouidus A lto,  
B ussum quando tenent, meditatur talia C orde.  
V indice cur dextra Dominus sic surripit E. rgoë  
S cilicet è mundi latebris, & carcere D uro  
M ortis, ab ærumnis iam iam uenientibus Omnes,  
E ripit innocuos, seuaq; à peste R eponit.  
I nde uiros ut quâdo premit plaga missa M ali-  
E xcepti placidis requiescant sedibus I psi. Ignos,  
R ex donec Christus, sonitu pœunte T. ubaru  
A dueniat, N utas in N ubibus arbiter Orbis,  
C œlestis quem tota cohors in lumine M agno  
H orrida stipabit: populis ubi signa D aturus  
R ex regum incipiet: Spoliati munere L ucis  
I am cuncti è tumulis accepta surgite V ita:  
S urgite, iudicij iam uos uocat hora, V enite.  
T um uero dicet: Vos mecum in gaudia I uspi  
L te: sed æternos fontes migrate sub I gnes.  
III. TV:

III. TVMVLVS SEBESTIANI  
Castalionis, præceptoris be-  
ne meriti.

Hoc tua Castilio Conduntur cœspite M. embra:  
Illiisq; manent A d tempora leta D. iei:  
Cœlestes autem Sedes mens conscientia L. ustrat:  
Inq; Deo gaudens, Tenet almæ gaudia V. itæ.  
Ante homines Antiqua fides, & candida V. irtus  
Cur a tibi fuit, & Lufus tuus: omnia I. uslè  
Et pia simplicitas In te uiuebat: ab I. illis  
Tu merito donis, Omni celebraris I. norbe.

III. TVMVLVS IOANMIS CO-  
beri Elsterburgensis, conterranei & fra-  
tris unicè dilecti.

Hoc tua non magno conduntur membra sepulcro,  
O' animæ requies grata, COBERE, meæ.  
Ah fratrem Eurialum, frater cur Nise relinquise  
Ah cor dulce meum quò tamen ipse fugis?  
Te nunc astra quidem, me tristis mundus: & alti  
Gaudia te cœli, me dolor orbis habet.  
Tu canis, ipse gemo: requies tibi blanda parata est:  
Cura mihi, tristis mors mihi: uita tibi.  
Non tamen inuideo: ô utinam maiora teneres  
Gaudia, te rapuit quòd mihi Parca, dolet.  
Hoc dolet, & doluit dudum, semperq; dolebit,  
Donec nos iterum iunxerit illa dies.

Interea (lachrymæ nam mœsta per ora fluentes  
 Plura uetant) tumulo sic precor ipse tuo:  
 Sis leuis, ab non dura meo materna Cobero  
 Terra:piæ sobolis sic pia mater eris.

Studuit mecum in patria, Elsterburgæ per triennium: Neustadij ad Orlam, per quinquenniū: Argentinæ, in quo loco obiit, per quadrienniū. Nunquam tanto temporis interuallo mihi itatus, sed amicissimus semper fuit. Discedenti mihi è patria ista uerba in librū, quem mihi donauit, inscripsit: Intimo amico & fideli conterraneo suo, fratriq; plus genuino, Paulo Cherlero Elsterburgensi, Ioannes Coberus Elsterburgensis, discedenti Argentina in perpetuum amicitiæ & fraternitatis donauit vinculum. Anno Christi 1562. sua manu. Mense Octobri. Vale, uiue: & mei, ut facies, memor esto. Tui ego non obliuiscar in ænum. Sexto deinde die à meo discessu perijt, non sine graui mei desiderio: ætatis suæ anno 23. meæ, 22. Christi, 1562. die 15. Octobris. Hæc in ipsius memoriam hic addere libuit.

V. TVMVLVS IOANNIS STIGELIJ POETÆ CLARISSIMI.

I.

**S**TIGELIJ CORPUS SUB MARMORE CLAUDITUR ISTO,  
 Pierides uati quod posuere suo.  
 Talia cui doctus dictauit carmina Phœbus,  
 Quondam Vergilij qualia Musa dedit.

Spiri-

*Spiritus æternum iam iam decus additus astris,  
Dulcia perpetuae gaudia lucis agit.*

## II.

*Hic modò Stigelius uiridi sub cespite dormit,  
Stigelius, noster qui fuit ille Maro.  
Spiritus in cœlum meliori sorte receptus,  
Aspectu fruitur colloquioq; Dei.*

## III.

*Molliter hoc tumulo uatis nunc ossa quiescunt  
Stigelij, Musæ quem statuere p.i.e.  
Huic, ubi sublimi cecinit pede carmina, docti  
Ipsa comes semper Musa Maronis erat:  
Viuæ sed ætherea iam sede recepta, ministris  
Angelicis, superas incolit umbra domos.*

## IV.

*Hic data Stigelio requies, qui tempore nostro  
Virgilius doctis uersibus alter erat.  
Spiritus ipsius superum translatus in oras,  
Scilicet æternæ dona salutis habet,*

## V.

*Hic ubi triste uides tumida tellure sepulcrum,  
Stigelij uatis corpora tecta latent.  
Virgilio solus meritò fuit alter ab illo,  
Qui cecinit Phrygij Martia facta uiri,  
Spiritus accessit promissi sidera cœli:  
Sentit ubi summi gaudia uera boni.*

## VI.

Huic tristis nunc Ihera sui dedit ossa sepulcro  
 Vatis: ab Andino cui data uena fuit.  
 Ad superos spretis rediit mens uiuida terris:  
 Perpetuo & coeli tecta beata colit.

## VII.

Hæc modò Stigelij cineres, tenuesq; fauillas  
 In gremio tristis continet urna suo.  
 Huic idem ille suos uersus recitabat Apollo,  
 Virgilio est solitus qui recitare suos.  
 Ante Deum uiuit mens Christi sanguine sparsa,  
 Dulciaq; æternæ tempora pacis habet.

## VIII.

Hæc monumenta tegunt Salani membra Poetæ,  
 Qui Maro nunc nobis ille secundus erat.  
 Cœlestis numero turbæ mens addita, gaudet  
 Cum Christo æterna uindice luce frui.

## IX.

Hoc sita Stigelij tumulo iam membra teguntur,  
 Qui fuit Aonij gloria magna chori.  
 Tam doctos pepigit uersus, ut proximus esse  
 Credatur uati Mantua clara tuo.  
 Sed pia mens cœli superas cuecta per auras,  
 Ante creatorem uiuit agitq; suum.

## X.

Ista premit tellus Salani uiscera uatis,  
 Qui Maro postremo tempore noster erat.

Pars anime melior patrio successit Olymbo,  
Cumq; Deo cœli regna beata colit.

## X I.

Stigelij uatis, quem nobis fata tulerunt,  
Membra sub hoc gelido marmore tecta latent.  
Huic magni ingenium dederat Deus ipse Maronis,  
Sic pede scribebat carmina plena suo.  
Pars uiuax animæ, mordaci libera cura,  
Cœlestis subiit regna beata throni.

## X II.

Hic sita Gottani requiescunt membra poetæ,  
Virgiliu uenam qui modò nactus erat.  
Spiritus ingrato placidè migravit ab orbe,  
Sub pedibusq; uidet sidera clara suis.

## X III.

Hunc tumulum grata uati posuere Camœnæ  
Stigelio, rupit cui modò Parca colum.  
Hunc tu iurasses magni de stirpe Maronis,  
Carmina sic planè Virgiliana dedit.  
Vis animæ uiuax celso concepsit Olymbo,  
Et tenet æterni templo beata Dei.

## X IV.

Hæc tellus gremio uatis complectitur ossa  
Stigelij, uatis Teutonis ora tui.  
Cœtibus æthereis sed mens immista, per æuum  
Poscidet in Christi gaudia uera sinu.

2 PROGYNASM. SACROR.

XV.

Hoc saxa tumulata iacent nunc ossa Poetæ,  
Ad Salam cecinit qui modò gratus olor.  
Huic sua Virgilij suggeſſit carmina Musa,  
Huic comes illius semper Apollo fuit.  
Spiritus at cœlo transcriptus, uiuere gaudet  
Ante creatoris numina sancta sui.

XVI.

Iſte lapis nunc Sala tui premit ossa Poetæ,  
Alter qui nobis creditur eſſe Maro.  
Spiritus æthereæ ſedi coniunctus, in æuum  
Perpetuum Chriſto gaudet ad eſſe ſuo.

XVII.

Hic ubi lugubri ſunt condita uifcera buſto,  
Stigelij tumulus corpora uatis habet.  
Tam bona ſcribebat Phœbo duce carmina, nobis  
Virgilius dici magnus ut ipſe queat.  
Spiritus exemptus curis mortalibus, aſtra  
Poſſidet, & cœli dulcia regna colit.

XVIII.

Hoc iacet in tumulo Salani corpus oloris,  
Sidera qui mulſit carmine leta ſuo.  
Spiritus in cœlum placide ſuccedit, & alma  
Perpetuo gaudet tempore pace frui.

XIX.

Stigelij, poſt fata, brcuis poſt tempora uitæ,  
Hoc iacet inſuſum corpus inane ſolo.

Aemulus

Aemulus ingenij magni fuit ipse Poetæ,  
Mantua quem uersu tollit ad astra suo.  
Cætera pars alti petiſt iam ſidera cœli,  
Et ſua ſperato gaudia fine capit.

XXX,

Hæc nunc Salani corpus fouet urnula cygni,  
Qui cygnum expreſſit Mantua parua tuum.  
Spiritus à terra, cœli ſuper aſtra leuatus,  
In Christi gremio iuſtificante ſedet.

XXXI.

Stigelij cineres hæc flebilis urna ſepultos  
Contegit, heu nobis quem rea Parca tulit.  
Qualis erat celebris, uatum lux ſplendida quondam,  
Virgilius uates, talis eſt iſte fuit.  
At mens æthereæ ſuperest adiuncta corona;  
Et manet æternum ſpiritus ante Deum.

XXXII.

Iſte locus poſito conteſtus marmore terræ,  
Frigida Stigelij corpora uatis habet.  
Viua ſed hinc ſuperas mens peruolutauit ad oras,  
Perpetuiq; tenet gaudia uera boni.

## CAR MEN XVII.

Oratio ſeu querela Moiſis, hominis Dei, ex libro Psal-  
morum regij prophetæ Dauidis Psalm. XC. ſeu, ut alij  
libri habent, LXXXIX.

Domine refugium factus es nobis à ge-  
neratione in generationem, &c.

p s O Deus.

O' Deus, immensi cui paret machina mundi,  
 Qui manibus seruas subdita cuncta tuis.  
 Tu pater, angustis cum gens tua rebus inhæret,  
 Tunc tua nos patrio pignora more foues.  
 Semper eras magnus genitor, citiusq; fuisti,  
 Quām chaos in formas cœperat ire suas:  
 Villus in hoc mundo quām saxa minantia cœlo  
 Viderat, aut terræ semina fusa nouæ.  
 Antè, tua quām uoce tener concreuerat orbis,  
 Semper eras, numen tu quoq; semper eris.  
 Tu facis in massam nos pulueris ire priorem,  
 Et numerum semper qui fuit antè reples.  
 Ante tuos oculos quoniam millesimus annus  
 Esse solet, nobis ut solet una dies.  
 Una dies, celeri quæ cursu labitur, una  
 Pars noctis uigili ceu solet esse uiro.  
 Corpora nostra rapis, uanæ quasi somnia noctis:  
 Ceu flumen rapidum corpora nostra rapis.  
 Manè uelut surgens lētas se tollit in auras  
 Herbula, quam uiuax ubere lactat humus:  
 Mox autem cum uesper adest, lucemq; resoluit,  
 Victa siti, succo deficiente perit:  
 Sic iræ furor ille tuæ nos sorbet & aufert:  
 Sic tua florentes nos metit ira, Deus.  
 Ante oculos nostri semper tibi pendet imago  
 Criminis, ante oculos sunt mala nostra tuos.  
 Nostrorum series scelerum tibi cognita tota est:

Quæ

Quæ tamen in nostro corde sepulta iacet.

Hec est causa Deus, cur nos huc asper & illuc  
Disicias, rabies hinc tua magna uenit.

Vt teritur fugitiua dies, atq; auolat ultrò,  
Sic celeri fugiunt tempora nostra uice.

Bis septem uiues lustris obeuntibus, æuum  
Si tamen hoc uenias tempus, ad usq; tuum.

Et bene cum tecum lusit fortuna benigna,  
Forsan ut attingas lustra bis octo, datur.

Attamen ex istis pars optima plena dolorum est,  
Optima pars lachrymis, optima plena malis.

Dependent hominum tenui sic omnia filo,  
Quæ subito in uacuum quælibet aura rapit.

At tua quos urit rabies, pater optime, quassas  
Qua genus humanum fictile sicut opus?

Fac Deus, ut mortis memores uiuamus, & horæ  
Mortis ut in sanum nos reuocemus iter.

Ipse redi: cur lentus abes? cur subtrahis ora?  
Surge age, da dextram, surge age, surge Deus.

Nosq; tua bonitate fouens amplectere: nobis  
Sic ibunt facili tempora leta pede.

Gaudia da nobis, quos sors inimica per æuum  
Hau sit, & exitio nunc age pone modum.

In nobis fac ipse, tui scintilla fauoris  
Luceat, & radijs gloria mista tuis:

Nosq; super Domini radians affulgeat aura,  
Nos super æternæ gratia lucis eat.

236 PROGYMNASM. SACROR.  
Sic opus omne Deus nostrum bene dirigat: ipse  
Dirigat et nostrum sic opus omne Deus.

CARMEN XVIII.

De doctrina excellentia pietatisq; premio. Ex Iesu Syrae,  
Cap. XXXIX.

Initiales literæ uersuum ista uerba si con-  
junxeris, ubi constituent:

JOSEPHVS FROSCHOSSE RVS AR-  
gentinefis: Anno Christi,

M. D. LXII.

**I**Ngenuis quicunq; cupit dare nomina Musis,  
**O**cia mandati sola laboris agat:  
**S**eq; nihil præstare sciat, nisi cætera linquat,  
**E**t munus tantum fudet obire suum.  
**P**erpetuò qui rura colit, qui gaudet aratro:  
**H**ic bene num Musis deditus esse potest?  
**V**iuere cui dulce est, quando sua gaudia tardos  
**S**ollicitat stimulis leta per arua boues.  
**F**abrica quem curis exercet, et implicat arctis,  
**R**ebus is indulget nocte dieq; suis:  
**O**fficijsq; memor, memori sub pectori uersat,  
**S**olers ut pulchrum fingere possit opus.  
**C**urat, et exercet duram ferrarius artem;  
**H**anc amat, hinc ipsi est dulce laboris onus.  
**O**mne æuum ferro teritur, liberrimus unde est  
**S**udor, et affucta multus in aure sonus.

s ic

- S ic solers etiam figulus sua munia curat,  
 E t pede currentem torquet agente rotam.  
 R ite lutum tractat manibus, fingebatq; premendo  
 V sq; adeò, donec fictile prodit opus.  
 S ingula quid referat cunctis sua functio cura est:  
 A c fieri notus quisquis ab arte cupit.  
 R es etiam artifices tales uult publica, donum  
 G rande, nec artificum ritè labore caret.  
 E x illis autem, si res ita flagitet olim,  
 N ullus legati munus obire potest.  
 T antum quisq; suo, cerebro sudante, labori  
 I ncubat, & querit pinguis lucra sibi.  
 N os uero longè studium manet acrius, artes  
 E doctis cupimus qui didicisse libris.  
 N octurna uersare manu, uersare diurna  
 S anctorum uatum mystica scripta decet.  
 I nde licet, quæ digna uiro sapiente putantur,  
 S umere, & hic animis ire per alta datur.  
 A c dudum studijs qui se se exercuit istis,  
 N ominis hic laudem possidet ille sui.  
 N ec prior ullus erit, magnis quia regibus olim  
 O fficio melius possit adesse pio:  
 C onfilijsq; suos melius qui subleuet olim,  
 H oc etiam ex alijs uix prior ullus erit.  
 R egnata idem poterit legatus in extera mitti:  
 I ngenio quoniam iudicioq; ualeat.  
 S ol ubi manè nouo mundum splendore salutat,

Tunc

## 238 PROGYNASM. SACROR.

- Tunc prodit uultus conditor ante tuos.  
 Intentusq; pijs uotis, sic pauca precatur:  
 M i Deus: ô populo sis bonus, oro, tuo.  
 Dum loquitur, Deus usq; Deus liberrimus, ipsi  
 L argas placato numine fundit opes.  
 Unde Deo toto pectori grates:  
 Unde Deus rursum commoda mille refert.  
 Ita autem Dominus patrio cui præstat amore,  
 Is tandem fausta sorte beatus erit.

## CARMEN XIX.

*Gratulatio, ad Ulrichum Coecium Theologum Basiliensem, cum Rector creatus esset inlyte Basiliensis Academie. Anno Christi, 1563. Calendis Maiis.*

In dictioribus quæ incipiunt uersus, ista  
 uerba colligere potes:

ULRICHVS COCCIVS, RECTOR HV-  
 ius anni Christi, M. D. LXIII.

- Vt pia letatur mater, cum paruula proles  
 Ludit in expanso mota remota sinu.  
 R ifus inest ori gratus, matriq; uoluptas  
 Ipsius à tenera maxima prole uenit.  
 C occi, fide Dei præco, sic munera nobis  
 H esterno cecinit cum tua fama die.  
 V nanimi cœpit totus gaudere triumpho,  
 S acra facit Musis qui ueneranda chorus:  
 C ontinuoq; tibi soluentes candida uota,

O mina

- O mina dixerunt prosp̄era quisq; tibi.  
 C astaliæ te nimirum petiere puellæ:  
 C inthius & legit nomen Apollo tuum.  
 V nde ergo, quoniam Musæ uoluere benignæ,  
 S ors tibi Rectoris nomina celsa dedit.  
 R ector es, officium uerè tibi conuenit istud,  
 E t titulus uerè conuenit iste tibi.  
 C onueniunt in te quoniam simul omnia dona,  
 T ale quidem munus, qualia dona petit.  
 O mnia respondent titulo: prudentia, uirtus,  
 R elligio, pietas, gratia, candor, amor.  
 H inc igitur meritò gaudens studiosa iuuentus,  
 V nanimi singit carmina leta sono.  
 I nq; noui pia uota canit Rectoris honorem:  
 V ota, quibus mentis dat pia signa suæ.  
 S i celides hinc iure Deæ noua gaudia miscent:  
 A tq; suam doctus pulsat Apollo lyram.  
 Nam tu solus habes, doctis è pluribus unus,  
 N on alij centum quod tenuere uiri:  
 I nq; tuo blande posuerunt pectore Musæ  
 C uncta, solent hominem quæ decuisse bona.  
 H æc bona, nil aliud, Musis Phœboq; fauente,  
 R ectoris nomen dulce dedere tibi.  
 I am nos interea, quorum tibi maxima cura  
 S emper erit, munus dum graue Rector agis:  
 T ota mente Deum petimus, castiçq; precamur,  
 I ncœptis spiret mollis ut aura tuis.

M unera

## 240 PROGYMNASM SACROR.

M unera dumq; geres Rectoris celsa, bonorum

D ona fauens semper sors tibi mille ferat.

L uecat alma tibi sacrati Flaminis aura,

V t semper facias grata futuro Deo.

V iue diu, munusq; nouum rumore secundo

I ncipe, & in cceptum perfice fine bono.

I lle pater rerum famulantis rector Olympi,

I pse quod institues cunq; secundet opus.

## CARMEN XX.

*Authoris gratiarum affectio, ad Christum Salvatorem.*

H As nunc primitias uultu pie Christe benigno

Suscipe, pro ueteri quas tibi lege fero.

Te duce suscepi dulcis, bone Christe, redemptor.

Te duce perfeci dulce laboris opus.

Ergo tibi meritas addicto pectore grates

Pro donis meditor muneribusq; tuis.

Ipse cor in nostrum sparsisti uiua salutis.

Semina, per uerbi munera sancta tui.

Largirisq; bonus, iuuenili ut nostra sub æuo

Te, quamuis humili carmine, Musa sonet.

Vtq; tuas poscit laudes celebrare canendo:

Laudes, quas etiam cœlica turba uebit.

O' utinam possim tali tua dicere uersu

Munera, uel meritum, iusticiamq; tuam:

Quali turba metro uatum mirabilis, olim

Magnorum cecinit Martia facta ducum.

Mœonius sicut uates, Andinus & heros:

Peligni⁹

Peligniq; decus Naso poeta soli:  
 Aut quos inde tulit, spacijs iniustior ætas,  
 Nunc quibus Italæ clara superbit humus:  
 Aut quos, hospitium Christi, Germania, seruat  
 Carmine ubi priscis æmula turba uiget.  
 Helius ut uates, ut uates ille Siberus:  
 Hertelius, Maior, Fabriciusq; pater:  
 Stigeliusq; pater, Phœbo cum præside Musas  
 Ad Salam à Clarijs qui modò duxit aquas.  
 Hos deceat, ut grandi memorent tua carmine facta:  
 His ego nunc etiam magna relinquo uiris.  
 Tu tamen interea, quamuis sint rustica, Musæ  
 Non hæc despicies carmina, Christe, meæ.  
 Musa puella mea est: si quondam adoleuerit, edet  
 Forstian hinc grandi carmina facta metro.  
 Nunc autem hæc placido mitis tibi suscipe uultu:  
 Quæ si forte placent, postea plura dabo.  
 Fallor: an ipse probas, nūc nūc duce Flamine sancto  
 Carmina Christe iuuat dicere plura tibi.

FINIS LIBRI QVARTI PRO-  
 gymnasimatum sacerorum.

q SE-

SEQVNTVR TESTI-  
monia Authoris literaria.

OMNIBVS HONESTIS ET  
eruditis, s.



STE iuuenis, candide Lector,  
Paulus Cherlerus, ferè per bien-  
nium Elsterburgæ in patria sua  
mihi discipulus fuit: ac non tam  
audiendo attentum, quām di-  
scendo assiduum se præbuit. Tantaq; diligen-  
tia & conatu studijs, quoad potuit, inuigila-  
uit, ut ea ueluti Thesei filū sequi uideretur.  
Nunc igitur per suos motus parentes, quò  
magis suis studijs consulat, & ad eruditionis  
summum emergat celerius: dignum duxit,  
triuiali huic Scholæ patriæ suæ renunciare,  
& ad instrucciōrem seu clariorem proficiisci.  
Quare me adjit, prout fidelem decet discipu-  
lū, maximas pro collatis in se beneficijs gra-  
tias agens: petijtq; amanter, ut mea commen-  
datione se iuuarem, & qua humanitate tra-  
ctasse haec tenus, eadem & migrandi copiā  
facerem. Quod tandem facile impetravit. Itaq;  
pro mea certè uirili non grauatim uolui pla-  
cere homini adolescenti, tantæ indolis, indu-  
striæ, diligentia & probitatis: ut suos æqua-  
les multos, multum sit progressus. Morum e-  
tiam, & ciuitatis cultum non planè negle-  
xit:

xit: inq; uera doctrina de Deo discenda iusta diligentiam nunquam non adhibuit. Vnde mihi talis discipulus fuit, quem præ alijs semper dilexi. Quocirca magno abste opere puto, optime Collega, ut ei cōmodes; & si quid in rem suam efficere possis, nullum prætermittas laborem. Tui etiam candoris erit, cum tuo grege dignari. Nam sine dubio dabit fidem, se boni & diligentis discipuli officium apud te facturū, quam præstabit sedulò. Efficies spero, ut sentiat, hanc meam commendationem multum apud te ponderis habuisse. Id si feceris, erit mihi omnium gratissimum. Vale: Elsterburgæ Variscorū. X Y I I. Calend. Maij, &c.

*Paulus Gebhardus Plauensis, Elsterburgæ ludi literarij moderator.  
Abraham Strobel Elsterburgensis,  
cantor, subscripsit.*

P I I S   E T   B O N I S   V I-  
ris, s. p.

**P**AULUS Cherlerus Elsterburgensis in nostra Schola Neustadij ad Orlam, quinquennium in discendis rudimentis artium dicēdi, & præsertim Grāmaticæ, est uersatus. Qui cum de consilio suorum constituisset in aliqua Academia siue Gymnasio occasionem querere, ingeniu suū ampliori eruditione exq 2 poliendis

poliendi: & peteret à me testimonium diligentiæ suæ, & obedientiæ, ipse meo officio deesse nolui. Dignus namq; adolescens est, qui bonis uiris commendetur. Ingenio enim ualet maximè ad literarum studia idoneo, & singulari industria: ut & dextrè percipiat tradita, & feliciter conetur ad usum transferre. Primum itaq; doctrinam Catechisticam sedulò didicit, & ad pietatis normam studiosè uitam suá gubernauit. Deinde in studio Grammatices Græcæ & Latinæ tantum profecit, ut & præcepta memoria teneat, & orationē tam solutam, quam ligatam mediocri felicitate atq; facilitate effingat. Et quenam non infelicem scribendi carmē, in suis Progymnasmatis, quæ diligentissimè exerceat, ostendit: ita ut de eo omnino singulare quiddam speremus. Rudimenta etiā Dialectices, & Rhetorices primis quasi labijs, ut dicitur, degustauit. Existimo igitur eum ita præparatum esse, ut cum fructu audire possit Doctores præstantes in Academijs. In moribus deniq; eam præ se fert modestiam & uerecundiam, quæ digna est adolescenti, literis humanioribus dedito. Obedientiam legibus nostræ Scholæ præsttit liberalissimè. Quare ipsum bonis & doctis uiris commendo: & peto reuerenter, ut ipsius studia, nostræ Scholæ nomine, studiosè promouere dignentur. Spero omnino, quicquid in eum beneficij contulerint,

tint, id benè collocatum fore. Ego uicissim omnibus bonis mea officia pro tenuitate mea, & gratam benevolentiam reuerenter polliceor atq; defero. Datū 16. April. Neusta dij ad Orlā, in Thuringia: anno Salutis, 59.

*Christophorus Blumenreder, ludimagister*

*Neustadiensis: propria manu.*

*Conradus Limmer, Scholarcha &*

*superintendens.*

IOANNES MARBACHIVS SA-  
cre Theologie Doctor, & eiusdem in Schola Ar-  
gentinensi Professor: Ecclesiæq; illius loci Su-  
perintendent, Lectori salutem pre-  
catur in Christo.

**P**AULUS Cherlerus Elsterburgensis, ado-  
lescens ingenio atq; indole præclara, o-  
ptimæ spei, uirtutum egregiarum, quæ hanc  
æstatem commendant, per quadriennium fer-  
mè in nostro Gymnasio Argentinensi bonis  
literis diligentem operā dedit: ita ut ad pu-  
blicas auscultationes summa cū laude suoru  
præceptorum maturè fit progressus. In qui-  
bus Scholis eam adhibuit diligentiam atque  
studiū, ut in styli exercitatione pluribus par,  
multis superior longè extiterit: præsertim in  
eo scribēdi genere, quod *λειτηριον* à Græcis di-  
citur, ut ad illud quasi factus & natus esse ui-  
deatur. Sed extant eius uaria Carminum ge-

nera, Epithalamia, Epicedia, Epigrammata, Encomia, & similia: ex quibus homines docti & intelligentes de eius ingenio atq; eruditione facile poterunt iudicare. Ad hanc excitationem addidit etiam pietatis aliarumq; uirtutum, ueluti culturam: ob quas uirtutes laudem apud nostros homines inuenit, modestiae, taciturnitatis, officij, probitatis, industrie. Quibus rebus inter cetera impulsus fui, ut hunc Paulum in meam domū receperim, eumq; meis filijs, ut eorum ingenij & morum formator esset, pædagogū præposuerim. Eos ita per annum & dimidium instituit, ita erudit prælegendo & repetendo, ut eius diligentiam atq; fidem semper probarim. Sed quoniam in hac ætate utile est, plures Scholas & Academias uidere, & in his cum literatis hominibus uersari, hosq; audire: statuit se initio Basileam cōferre, in qua Academia in omnibus facultatibus, disciplinis, artibus & linguis, uiri sunt plurimi, pietate, sapientia, eruditione & uirtute singulari præstantes. Ad quos ut habeat liberiorem aditū, petiit à me hoc testimoniū de suis studijs, moribus atq; uita. Id quod eo libenter illi dedi, quod & mihi notior est hic Cherlerus: & quod scio eum sua uirtute animos omnium bonorum uiorum facilè conciliaturum esse. Quare homines literatos, & omnes amantes honestatis, uirtutis, & studiorum artiumq; optimarum

per

per Christum oro, ut hunc Paulum Cherlerū commendatum habeant, rebusq; omnibus quibus poterunt absq; molestia, illi commo- dent. Quia in re & Deo gratum officium præ stabunt: & proderunt Ecclesiæ atq; Scholis; quibus opus est talibus ingenij: & hoc ipso beneficio adolescentem istum optimum sibi perpetuo grati animi nexu deuinciēt Argen tinæ 4. Non. Octobr. Anno nati Christi, M. D. L X I I .

*Mea manu.*

AD ISTAM D. D. MARBACHII  
commendationē D. Flinnerus, summus  
pastor, & D. Ioh. Sturmius Rector,  
ea quæ sequuntur, paucis  
addiderunt.

S. IN CHRISTO OMNI-  
bus Lecturis.

**V**irtus latere non potest, & seipsum om-  
nibus facit commendatissimam. Quia  
cum hic noster Paulus insigniter ornatus sit,  
ea & ipsum carum omnibus uirtutem aman-  
tibus faciet. Libēter igitur huic testimonio,  
quod clarissimus ac doctissimus uir, D. Do-  
ctor Iohannes Marbachius, uerissimè suo,  
uel potius nostro Paulo Cherlero dedit, sub-  
scribo. Et cum pijs uiris commendatum esse  
cupio. Bene ualete.

*Iohan. Flinner, summi templi apud Ar-  
gentinenses parochus.*

Bencuolo Lectori, s. d.

**N**on opus habér, neq; testimonio, neq;  
laudatione, qui secum probatam &  
bonam notam adferunt, ingenij, industrie,  
exercitationis, uirtutis, pietatis & modestiae,  
ut hic noster Cherlerus,

Ioan. Sturmius Rector,  
sua manu, &c.  
Cunradus Dasypodius  
Visitator.  
Valentinus Erythraeus.

## DISTICHON,

Compositum in Iudo literario Argenti-  
nensi, IOANNI COBERO condiscipulo:  
petenti carmen aliquod de præceptore  
IOANNE STVRMIO, qui tunc  
Ciceronem nobis inter-  
pretabatur.

Hic Cicerone sedet, qui nunc est alter ab illo  
Sturmius: eloquio lumen in orbe suo.

## ALIVD,

Compositum eidem COBERO, in quo-  
dam prato amœno, cùm ex me quæreret,  
utrum PAVLO GEBHARDO, qui Elster-  
burgæ in patria, an CHRISTOPHORO  
BLVMERODERO, qui Neustadij ad Or-  
lam:

lam: an uero IOANNI STVRMIO, qui  
Argentinæ noster fuerat præceptor,  
plura me debere agno-  
scerem.

Multa Gebharde tibi, tibi Sturmi debeo plura:  
Plurima sed soli Blumerodere tibi.

**E N C O M I A T R I V M**  
**C H R I S T I A N O R V M M I-**  
**L I T V M : D. D O C T O R I S**  
Martini Lutheri, D. Ioannis Friderici, Du-  
cis electoris Saxoniae, &c. & D. Philippi  
Melanchthonis, Heroum pia & felicis me-  
moriæ; composita in honorem Illustrissimi  
Principis, ac D. Domini Ioannis Friderici  
tertij, ducis Saxoniae, Landgrauij  
Thuringie, Marchionis  
Misniae, &c.

I. L V T H E R V S .

I N E F F I G I E M

D. Lutheri.

**H**ec tibi diuinū proponit imago Lutherū,  
In tabula spirat, quem leuis urna tenet.  
Ipsius in Christi gremio, tellure, per orbem,  
Umbra sedet, recubant uiscera, fama uolat.

q s VERA

250 TRIVM CHRITS. MILITVM  
VERA DEI ECCLESIA,  
quæ Dei gratia, nuper sub Luthero  
respirauit, nunquam penitus  
deleri potest.

**V**Indice te mundum uictrix Ecclesia, Christe,  
Negliget, & seros sera uidebit auos.  
Te duce terna uelut saluo pede turba per ignem  
Ambulat, ut feruens ignis in igne furit:  
Te duce sub tumidis sic tuta Ecclesia, monstris,  
Pressa quibus nimium sœpè laborat, erit.  
Conspirent quamuis odio gliscente tyranni:  
Semper erit Christo parvus in orbe locus.  
Papa furens animis se colligit acer in arma,  
Et modò reliquias uult abolere pias.  
Turca fremens odijs in funera iurat eorum,  
Qui graue de Christi nomine nomen habent.  
Hic acuit rabiem, plenos fouet ille furores:  
Hic multis pugnat uiribus, ille dolis.  
Quid faciunt stulti? quantumuis omnia tentent,  
Propositumq; premant corde furente malum:  
Non tamen absument sociatis uiribus ambo,  
Quas uerbi Christus semine pascit, oues.  
Semper honos, populusq; Dei, laudesq; manebunt:  
Saluus erit cœtus, te duce Christe, tuus.  
**A N N V S** nativitatis Lutheri: 1483. Natus  
est in oppido Cheruscoru Islebia, 10. No  
uembris, circiter horam 11. noctis.

Nascl-

1483.

Nascitur IsLebia CygnVs p̄eDiClVs In Vrbe:  
ALbIDOs ēstagnis LætVs In astra sonans.

ANNVS, quo cœlestem doctrinam de ue-  
ra pœnitentia, & fide in Christum, repur-  
gare atq; instaurare cœpit, 1517. po-  
litremo die Octobris: promulgata & fori-  
bus templi ad arcem Vuitebergensem af-  
fixa Disputatione, contra indulgentias, à  
Tezelio monacho uenditas. Eaq; res in-  
cidit in centesimum & alterum annum,  
post combustum Constantiæ Ioannem  
Hussium: qui falsò damnatus hæreseos,  
cūm raperetur iam ad supplicium, anno  
1415, fertur dixille ad Episcopos: Post  
annos centum reuolutos, re-  
spondebitis D E O &

MIHI.

1517.

LUX EVangelII reparata reLVCet: & eXit  
E CVnIS et IaM nVnC VViteberga tVIIs.

ANNVS obitus, 1546. Piè obijt in Do-  
mino Islebiæ, in sua patria, 18 Februarij:  
cūm annos esset natus 63. Quo ipso etiā  
die, tempore diluuij Noha iterum emisit  
ex arca

252 TRIVM CHRIST. MILITVM  
ex arca sua columbam, quæ circa uesper-  
am rediens, decerptam oleæ fron-  
dem rostro attulit. Gene-  
sis cap. 8.

1546. (LVMBa,  
QVA tibi LVCe tVLIt frondes bone Noha Co-  
HaC noster syA vi fme LVtherVS obIt.

III. IOANNES FRIDERI-  
CUS Dux, Elector Saxo-  
niæ, &c.

IN EIVS EFFIGIEM.

**Q**uid miraris adhuc diuini Principis ora?  
Quin potius tanti suspice facta uiri.  
Corpus humo, superis animam, præconia laudis,  
Iura, fides, uirtus, dant, dedit, usq; dabit.

GRATIARVM ACTIO, QVA  
usus est, cùm diuturna illa captiuitate,  
qua totū quinquennium oppressus à Cæ-  
sare fuit, propter confessionem pu-  
ram Euangelij, libera-  
tus esset. (tes,

**Q**uæ tibi persoluā Deus, ô Deus optime, gra-  
Aut tibi quæ digna, carmina uoce canam?  
Tu mihi captiuo requies, tu dulce leuamen:

TB

Tu mihi confugium, tu mihi portus eras.  
Per uarios casus, per mille sequentia tela,  
Hoc tibi complacuit surripuisse caput.  
Tu benè, tu tandem duri me fasce leuasti  
Carceris, ô famuli duxq; comesq; tui.  
Nec rebus finem quod trifibis ipse dedisti,  
Palma mea est, quāuis hæc quoq; palma mea est:  
Sed propter sociamq; thori, paruosq; nepotes,  
Sed propter populum, dux ego cuius eram.  
Vel multo potius tua nomina propter amasti  
Hanc animam latebris asseruisse suis.  
Dicite uos, tacitum cœlo quæ ducitis annum,  
Lumina, fectoris plasmata facta manu:  
Dicite uos, blando ridentia grama vultu,  
Gramina, quæ paßim florida fundit humus:  
Dicite uos, cœlum cupidè quo tendimus omnes,  
Et tellus hominum mater amica, mihi:  
Quo referam Domino meritis pro talibus ore  
Carmina? quas grates, dicite, gratus agam?  
Quin ego si possem, sed quod non talia possum,  
Prodigus in mortem mille uel ire modis:  
Sanguinis atq; mei tam multum fundere, quantum  
Ipsa capit gremio diuite Doris aquæ:  
Non tamen idcirco (tantum Deus ecce dedisti)  
Hoc posset meritis iam satis esse tuis.  
Me Deus ergo tibi dono, sic accipe, totum:  
Accipe sic, totum me tibi dono Deus.

Vtq;

## 254 TRIVM CHRIST. MILITVM

Vtq; tibi nunc plena cano præconia laudis,  
Ad pia sic semper iubila promptus ero.

ANNVS nativitatis Ioan. Friderici, &c.

Natus est ultimo die Iunij, post 6.  
pomeridianam anno

I 5 0 3. (gl,

DVX FRIDERICVS VBI VIX se In CVnabVLA fl-  
IVnIVs eXigVVs CLaVſIt & haVſit Iter.

ANNVS, quo è captiuitate, in qua apud  
Cæsarem per annos quinq; fuit,  
propter Religionem redem-  
ptus est,

I 5 5 2. (Det,

GaVDetAVIs, gaVDet PhœbVs, bona patria gaV  
Vt repetis patrios ferree SaXo ſinVs.

ANNVS quo obiit. Piè defunctus est, &  
tranquille, Vinariæ, 3. die Mar-  
tij: anno

I 5 5 4.

VInariæ PrInCeps, CVI paX & gratia noMen  
Fecerat, Ut flVVlos Ver Clito ſoLVlt, oblit.

## III. MELANCHTHON.

IN D. PHILIPPI IMA-  
ginem.

S Vbduxit morti uiuax pictura Philippum:  
Quis fuerit, nescis? accipe pauca, scies.

Parvus

*Parvus erat, sed magnus erat, sed maximus, ingens,  
Corpore, doctrina, religione, fide.*

**A D E C C L E S I A M C H R I S T I,**  
*quæ Philippi sui interitum dolet atq;  
deplorat, consolatio.*

**O**ptima cur sponsi coniunx Ecclesia Christi,  
Liquitur ex oculis plurima gutta tuis?  
Dic mihi, cur lachrymas? quia te tuus ille Philippus  
Descrit, & miseræ definit esse pater.  
Ex latebris mundi modò raptus in astra Lutherus,  
Heu tibi non parui causa doloris erat.  
En etiâ hinc migrat porrò tuus ille Melanchthon:  
Sic oritur lachrymis altera causa tuis.  
Ergo uelut dulci uiduata columba marito  
Fronde sedens aliqua, funera luget heri.  
Fletibus & dulci soluit funebria sponso,  
Immemor & potus, immemor atq; cibi:  
Sic nunc dispersis Ecclesia mœsta capillis,  
Tam carum rapitur dum caput, ipsa doles.  
Ipsa doles, & iure doles, quis iure dolere  
Te neget? aut lachrymis quis neget esse locum?  
Sed fac esse modum lachrymis, non orba manebis:  
Vivit adhuc, alios qui dedit antè, Deus.  
Ille dedit, dabit ille uiros, dabit ille ministros,  
Pro te perpetuò qui pia bella gerent.

Stc

256° TRIVM CRIST. MILITVM  
Sic erit, has igitur lachrymas suspende:benigno  
Fide Deo, faciet tunc bene cuncta Deus.

ANNUVS natiuitatis Philippi 1 4 9 7. Na-  
tus est Brettæ,in superiori Palatinatu, 6.  
minutis post horam septimam pomœ-  
ridianam, 16. Februarij.

I 4 9 7.

CLAVserat aCrls aquas ubi frigore febrVVs,orbi  
Te tVLlt optatVm Bretta PHILippe,Cap Vt.

ANNUVS, quo Vuitebergam uenit, 1518.  
die 25. Mensis Augusti. Vocatus est au-  
tem eò ab illustrissimo Principe, Ioanne  
Friderico duce, Electore Sa-  
xoniæ.

I 5 1 8.

LeVCoresas DVX Ipse VoCat FRIDERICUS In orde  
EXPatria VVLTVS,grate PHILIPPE,tVos.

ANNUVS quo obijt, 1560. die 19. Aprilis:  
producta uita ad annos 63. hebdo-  
madas 8. 3. dies.

I 5 6 0.

Atropos Ut seCVit VIVax tibi FILA, PHILIPPE,  
CVM CLARIO fLevit Pythia,tVRba SVO.

AD

*AD TRES FRATRES*  
tres domus Saxoniae

## DISTYCHON.

Saxonie ducibus sit pax & gloria: uiuant

Saxonice fratres tempus in omne  
domus.

**D**eo patri, creatori, & filio unico, redemptori, sanctoq; Spiritui, sanctificatori, uni, soli, uero DEO sit laus & gloria, virtus & maiestas, decus & imperium, in omne ævum, in secula seculorum:

A M E N.

Alia carmina, seu, ut alijs placet, crimina nō patēta, quæ diuerso tempore composuimus: quibus in dies penè singulos aliquid addimus: in primisq; ea quæ in nouum Testamentum elaborabimus. suo tempore, si Dominus uitam prorogauerit nobis, cum benuolo Lectore communicabimus. Hæc interim lege, & candidè interpretare: & uale in Christo, Domino & Salvatore nostro.

r ORA-

ORATIVNCVLA DE OFFI-  
CIO PIJ & diligentis Scholastici, scripta in gra-  
tiam certae & ample spei iuuenum, ERASMI &  
PHILIPPI MARBACHII, ARGENTI-  
NENSIVM: DANIELIS SULCERI, &  
SAMVELIS COCCII, Basiliensium: CVN-  
RADI LIMMERI, & CHRISTO-  
PHORI BLVMERODERI, iunio-  
rum Neustadiensem.

**M**ANÈ posteaquam è lecto surrexit stus  
diosus adolescens, & manus ac uul-  
sum lauit, Deoq; se per suas preces comen-  
dauit, alacri animo ad Musas studiaq; sua ac-  
cedat: & lectiones constitutas, quas uel audi-  
uit antea, uel paulo pòst auditurus est, gna-  
ua ac diligenti adhibita meditatione cogno-  
scat: operamq; det, ut negocium in quo uer-  
satur, quantum in ipso est, penitus intelligat.  
Legere enim, & nō intelligere, negligere est.  
Cum uero est in scholam ingressus (quod cù  
magna fieri modestia debet) uerbis ac ori p̄  
ceptoris sui totus sit intentus: ut non corpo-  
re solùm, uerum etiā animo uideatur esse p̄  
fens. Si quid à p̄ceptore memorabile & pul-  
crum atq; elegans uel dictum, uel explicatū,  
uel lectum fuerit, chartę id atq; memorię co-  
mendare debet: in primis q; uideat, ne quid  
pereat, forte quod olim utile esse possit. Mo-  
res

res ingenuos & liberales, non agrestes ac turpes præ se ferat: ab ineptis nugis, à petulantia scurrili, à ridiculis confabulationibus sedulò abstineat. Nam per hęc mores innocentes uehementer corrumpuntur: & malè ista iuuuenem studiosum alijs commendat. Non sit ineptè loquax: sed ita se totus gerat, ut nec dicto ullo, nec facto, nec signo, uel condiscipulos suos, uel præceptorem, uel alium quēuis molestet atq; offendat. A magistro aliqua de resententiam rogatus, modestè cū prudentia quadam & ratione graui respondeat. Si quid attulit, quod rei conuenit, non sibi ipsi, sed Deo acceptum ferendum esse arbitretur. Nam ab eo omnia bona tanquam à fonte quodam perenni demanant. Sin uero minus se commodè locutum esse sentiat, maiori postea diligentia auscultet: ut nō solum attentus ad audiēdum, uerum etiam auditus ad discendum esse deprehendatur. Nec scisci tari, si quid dubitat: nec moneri, si quid errabit: nec doceri, si quid ignorabit, sit pudor. Si libido eū sua ac petulantia uexare, & aliò rapere incipiet, sibi ut possit ipse imperare, & moderari affectibus suis assuecat. neq; sibi inter legendum uagari animum, & in diuersas partes distrahi patiatur. Id enim ualde ingenij uim & acumen atterit atq; obtundit. Cum suis condiscipulis nūquam nisi Latinę colloqui uelit. Etsi non statim queat Latinis.

rem uerbis exponere, tam diu tacere discat, quoad id præstare possit. Sic namque & loquendo, & tacendo suam ipse utilitatē comparabit. Etenim eum tacebit, ad silendum, quod aliquando non nocet: si loquetur, ad plura descendum, quod semper prodest, rite se parabit. In schola si animaduerterit quædā felicia & gnaua ingenia, ijs assuescere & inniti, eaq; imitari atque exprimere conetur. Dismissus à ludo, domum modestè se conferat. Post lectionem si quid obsequij uel parentibus, uel ijs qui parētū loco sunt attributi, præstandum est, id libēter & sedulō exequatur. Quod si uero uacuus est atq; solutus ab alijs negocijs, id agat, quod propriè sui officij est: repetat lectiones, seseq; scribendo, legendo, ediscendo, meditando studiosè exerceat, ut benè singulas horas collocet. Nam in uita nihil est preciosius tempore: quoniam & lubri cū ualde est, & transit citissimè: & reuocari, cum semel præteriit, nunquam potest. Dies ergo nullus abeat, in quo nō adjiciat aliquid studiosus iuuenis, ut doctior fiat, & melior. Nam eloquentiæ studere tantum, ut doctiores euadamus: non pietati, ut simus probiores: id uero diabolorum immanium naturas est imitari, non pijs diligentisq; officium discipuli præstare. Ut autem studiosus puer aliquid in diebus singulis proficiat, & non deficiat, multum interest, quo utatur & ordine  
& di-

& diligentia in studēdo. Nisi enim ordinem bonum adhibeas, & industriam cōstantem, frustrā ingenium periclitabis tuum. Quare pro lectione quotidiana pensum adolescens diuinum fixum habeat: neq; prius somno indulget, antequā illud absoluere: & si quid interdum omissum de penso est, mulctā sibi propter neglectū munus dicat. Singularem quoq; parit ea res utilitatem, si quis uesperi, ante quam cubitum se conferat, memoria repetat ea quæ per illum diem totum legit, audiuit, didicit. Id quod Pythagoras assiduè fecisse scribitur, qui nunquā suum cubile adiit, nisi prius sibi ipsi probabilem rationem reddidisset earum rerum omnium, in quibus interdū operam suam studiumq; collocasset. Quemadmodum uero diē à precatione auspiciatus est puer: ita eundem cum oratione claudat. Per preces enim labores per se quasi mortui, à Deo uitam suam accipiunt. Et breuiter, ut studiosus talis sit, qualis esse debet, ea quæ subsequuntur fideliter retineat, & curiosè semper obseruet. Pietatem in primis declarat atq; exerceat erga Deum, erga parentes, erga patriam, erga patriæ ciues: cum fratribus, amicis, cōdiscipulis, propinquis, concordiam, pacem, tranquillitatem, familiaritatem, quantum potest, colat ac foueat. In studijs diligentiam, labores, meditationes non fugiat: ab ocio autē molli, à uoluptatibus ca-


ducis, ab ineptijs illiberalibus lögissimè absit. in reliqua uita iusticiam, honestatem, caritatem, uerecundiam, continentiam, ueritatem, candorem, humanitatem, modestiam, comitatè erga omnes declaret. Sic euenerit, ut in breui temporis spacio in uirum religiosum, doctū, utilem & liberalem euadat: qui Deo grata, Ecclesiae utilia, patriæ salutaria, sibijsi maximè fructuosa per omnem uitam suam dicere, ac facere queat.

F I N I S.

BASILEAE, EX OFFICINA  
Ioannis Oporini, Anno Salutis hu-  
manæ M. D. L X I I I I,  
Mense Aprili.

226382

OCN 705762042



1998.3.16.142

perit  
mūl  
desta  
hinc  
lū  
i for  
librā  
q ad  
cces  
le  
ipso  
Q2.  
app

ps hūcāis q̄rah p̄t uētōp̄tōlōv̄n q̄ qd̄ ḡ  
mila locida q̄tauit̄ t̄ mīlāq̄nōi n̄ q̄ne mīlo  
la uōz ato dissoluēda. **S**i dui morat̄ ita q̄nta.  
ut in ore vī equor̄ faneat̄ or̄ mīlāq̄nōi abus.  
ul̄ portis gluet̄b̄ f̄ uāstēt̄b̄ cā dissolōis cō  
culor̄. t̄ eou quirtōis ul̄ te uēl̄ corp̄is; collis  
ione q̄ uōz uātēt̄is q̄ calicidē q̄ te uno  
seu de ueroz cor̄ p̄fūl̄ te unīmo calore. **V**ni  
p̄m̄ nōl̄s oln̄a p̄nt̄ a calore s̄i mom̄ uōz  
p̄s̄t̄. **Q**uib̄ rūtēm̄ p̄ h̄ q̄ p̄p̄m̄t̄. **solut̄**  
Spuria duob̄ uōz ḡuāt̄ id p̄m̄ uāḡn̄ uōz  
quo ac̄ uāns p̄cur̄. q̄ Spuria ex uōz t̄ p̄s̄  
t̄one q̄st̄. ul̄ in olla p̄m̄ uām̄ calore q̄ vī  
ni allib̄ lū ahtēt̄ ū. Vāns sic mor̄ uāc̄t̄  
spuria in orb̄i in portis gluet̄b̄ faneat̄  
to calore in equis cur̄tēt̄i ut̄i s̄t̄ adūna

